PAPYRI GRAECI

MUSEI ANTIQUARII PUBLICI

LUGDUNI-BATAVI.

PAPYRI GRAECI

MUSEI ANTIQUARII PUBLICI

LUGDUNI-BATAVI.

REGIS AUGUSTISSIMI JUSSU

EDIDIT,

INTERPRETATIONEM LATINAM, ADNOTATIONEM, INDICES ET
TABULAS ADDIDIT

C. LEEMANS,

PH. TH. MAG. LITT. HUMM. DOCTOR.
MUSEI ANTIQUARII LUGDUNI-BATAVI DIRECTOR.

Tomus II.

LUGDUNI BATAVORUM,
IN MUSEO ANTIQUARIO, ET
APUD E. J. BRILL.
CIƆIƆCCCLXXXV.

(*Impressa sunt* 150 *exemplaria.*)

PIAE . MEMORIAE

RICHARDI . CAROLI . LEPSII

AMICI . INTEGERRIMI

DE . AEGYPTOLOGIA

UT . ET

DE . UNIVERSA . REPUBLICA . LITERARIA

EGREGIE . MERITI

SACRUM.

PRAEFATIO.

Papyrorum Graecorum Musei antiquarii editionem, nunc demum, post tot annorum spatium et Tomum primum anno CIↃIↃCCCXXXXIII jam in lucem editum, secundo Tomo priori addito absolvi, multi doluerint, qui argumenta textuum in suorum studiorum usum adhibere potuisse desideraverant, aut universe ex documentis iis res majoris aliquantulum momenti atque ponderis allatum iri speraverant.

Nobismet ipsis non minus doluit quod propositum in praefatione Tomi primi enunciatum, quae restabant Manuscripta in lucem producendi, hucusque peragere non potuimus. Sed muneris officicia in rebus Musei peragendis, alia quoque diversi generis et magno numero curae nostrae commissa, monumentorum in primis Musei Aegyptiorum edendorum munus nobis mandatum, maximam partem causae fuerunt, quam ob rem multorum desiderio obsequi hucusque non licuit, et periculum erat ne tota res de die in diem procrastinata inque tempus opportunum otiumque delata, sensim sensimque in oblivionem abiret.

Hoc tamen de triginta et quod excurrit posterioribus annis potius accipiendum; nam omnia fere quorum ad textus edendos opus erat, jam dudum praeparata et quodammodo absoluta fuerant, textus diligenter et cum cura transcripti, versione Latina et adnotatione instructi, ita ut pauca tantummodo deessent, quin liber prelis tradi potuisset. Tandem a diversis hinc illinc moniti rem ulterius deferre non ausi sumus et papyri jam in lucem prodeunt quales dudum jam parati erant, paucissimis tantummodo mutatis aut additis.

Veluti in priori Tomo sic et nunc uniuscujusque papyri textui brevis introductio praemissa, in qua de conditione aut habitu externo et de argumento constaret. Sequitur ipse textus, omnibus scriptoris vel librarii et orthographiae vitiis servatis, sed iisdem in notis in margine paginarum emendatis; vocabula vel literae quibus hic illic lacunae supplentur, uncis inclusa; literae quibus voces

compendiose scriptae explicantur, typis minoribus impressae. Accentus porro et signa diacritica addenda censuimus, quo facilius textus legi et intelligi possent; ubi signa diacritica accentuum quoque interdum in papyro ipso adscripta erant, eadem retinuimus, sed ita ut forma distinguerentur a reliquis. In versione Latina fidei potius quam styli, verborumque elegantiae studuimus, in adnotationibus loca difficiliora explicare iisque lucem quodammodo afferre conati sumus, locorum corruptorum subinde quoque emendatione proposita. Singulorum papyrorum scripturae specimina in tabulis quae operi adduntur, interdum et, ubi de vera lectione dubium relinquebatur, apographa delineata exhibuimus. Unius tantummodo papyri textus integri imaginem quam diligentissime ad prototypum exhibendam censuimus, ut aliis, hac in re peritioribus aut felicioribus, opportunitas praeberetur, lectiones nostras corrigendi, et nonnulla eorum quae enucleare nobis prorsus non licuit, meliori fortuna usis et fortiori oculorum acie instructis, extricandi et explicandi.

Indices deinde duo additi ut libri usus facilior redderetur.

Brevitatis causa papyros, qui inter reliqua Musei monumenta, sectionis litera et numerorum notis designantur, ut et in Tomo I°, literis tantum insignivimus:

Pap. V. Actiones et formulae magicae cett. (*Catal.* I. 384).
Pap. W. Excerpta ex libris apocryphis Moïsis (*Catal.* I. 395).
Pap. X. Excerpta Chemica (*Catal.* I. 397).
Pap. Y. Alphabetum et literarum copulatio (*Catal.* I. 398).
Pap. Z. Libellus supplex (*Catal.* I. 420).

Lugduni Batavorum
Mense Maio CIↃIↃCCCLXXXV.

PAPYRI GRAECI

MUSEI ANTIQUARII PUBLICI

LUGDUNI-BATAVI.

PAPYRUS V.

ACTIONES ET FORMULAE MAGICAE. CETT.

Papyrus hic, in Musei Catalogo litera et numeris I, 384, in Catalogo MS[to] monumentorum Anastasianorum A. MS. 75 distinctus, continet textum Demoticum, cujus viginti duae columnae seu paginae, singulae 30 ad 35 versuum, supersunt adhuc in superficie posteriori, quae olim interior fuisse censenda est, reliquis columnis in initio et fine ejusdem textus perditis. Antiquiorem fuisse textum Demoticum quam Graecum, qui nunc in superficie anteriori legitur, vel ex eo efficere possumus, quod frequenti manuum attritu hic illic, in marginibus praesertim extremis, plures voces textus Demotici evanuerunt. Frustula porro multa papyracea, ad partes ruptas aut nimis attritas papyri applicata ipsum eum textum obtegebant, quibus remotis, postquam volumen Museo publico Neerlandico cum reliquis monumentis Anastasianis emtum fuerat, ubique fere antiqua scriptura iterum apparuit.

In anteriori parte, quam olim exteriorem fuisse oblivisci non licet, praeter textum Graecum et huic praemissae, cernuntur duae columnae scripturae Demoticae, et post Graecas iterum columnae aliae quatuor ejusdem scripturae Aegyptiacae, sed imaginibus, integrisque periodis Graecis textui Demotico insertis instructae, et plurima nomina barbara, Graecis literis transcripta continentes. Scripturae genus totiusque illius textus Demotici, Graecis intermixti adspectus ita conveniunt cum Papyro Bilingui, Demotico et Graeco, I. 383 (A.MS 65) quem in

primo fasciculo *Monumentorum Aegyptiorum Musei* [1]) edidimus, ut utrumque manuscriptum Demoticum ad idem fere tempus referendum esse satis tuto admittere posse videamur. Attamen scriptura textus Demotici in anteriori parte Papyri nostri V, columnarum illarum sex, inprimis earum quae Graecis vocibus supra Aegyptiacas scriptis, aut textuum Graecorum in Demotico insertione distinguuntur, multo est gracilior quam quae in superficie exteriori legitur; multo magis quoque quam reliquae Papyri partes, lacunis scatet et detrita est. Ceterum duarum extremitatum voluminis arctius complicatarum et inter legendum manibus pressarum texturam superficiei ruptam et scabrosam redditam esse non est quod miremur.

Textus hic Demoticus ab altero, qui in exteriori voluminis superficie scriptus est, natura et argumento plane differt, sed convenit prorsus cum textu Demotico Papyri I. 383, quem supra citavimus. Utriusque argumentum ad actiones magicas, imprecationes, exorcismos, formulas medicamentorum, remediorum aliorumque parandorum referendum. Scriptura plane si non eadem, tamen valde similem adspectum, literarumque formas easdem offert, et verbis Demoticis eodem modo Graecas transcriptiones superscriptas, ita ut fere putaveris eadem manu textum Papyri I. 383, et quatuor columnas I—IV in exteriori Papyri nostri parte (*Monumenta Aegyptiaca* II. tab. CCXXVI) uti et columnam II* (ib. tab. CCXXVII) fuisse scriptas. Quin et eadem ratione uti in Papyro I. 383, formula invocationis Graecae integra textui Demotico in exteriori Papyri I. 384 superficie (Col. III. tab. CCXXVI) inseritur, formula diversi quidem argumenti, et ad diversum finem tendens, attamen iisdem verbis, quae ejusmodi invocationibus ut videtur praescripta erant, incipiens.

De textu Demotico alterius illius Papyri, I. 383, in primo *Monumentorum Aegyptiorum* fasciculo editi, egit paucis verbis doctissimus H. Brugsch, in *Epistola de Museo Aegyptio Neerlandico*, diario *Societatis Orientalis Germanicae*, Vol. VI, fasciculo 2 (1852) inserta [2]). Paucos tantum dies Leidae morato non nisi propere aliquantum Musei divitias perlustrare et papyrorum magnam copiam justo examini submittere ei licuit. Inde quoque factum ut Papyrum I. 383 integras partes, inprimis rituales *Libri Mortuorum* continere adseruerit. Postea vero, iterum et dedita opera textu explorato, naturam magicam agnoscere non dubitavit. In *Grammatica Demotica* quavis fere pagina, tot verba, dictiones, quin

---

1) *Aegyptische monumenten van het Nederlandsche Museum van Oudheden te Leiden.*

2) *Ueber das ägyptische Museum zu Leiden; Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft:* »der Papyrus ist von einem unbeschreiblichen Werthe da er bilinguer Natur ist und ganze Stücke, besonders die liturgischen des ägyptischen Todtenrituals enthält, und zwar zum Theil wörtlicher und genauer als das von mir zu Paris entdeckte demotische Exemplar des ägyptischen Rituals".

et locos integròs et interdum quoque formulas, aliasque textus partes majores citavit, explicuit et vertit, ut fere totum MSti argumentum inde cognoscere possis.

Deinde doctimissimi Galli, G. Maspero et E. Revillout, hic in dissertationibus *De artibus Aegyptiorum, De fatis Osiridis* [1]) et in praefatione *Historiae principis Aëgyptii Sedna* [2]); ille in *Studiis Demoticis* [3]), abunde et dedita opera de natura ejusdem papyri egerunt, plures partes easque majores, addita versione explicuerunt et adnotationibus instruxerunt.

Horum virorum studiis didicimus, Papyrum illum Musei bilinguem, aut potius insertione textuum Graecorum et literis Graecis supra demoticas scriptis insignitum, formulas actionum, incantationumque magicarum continere: indicationem verbi causa, rationis qua dei Solis adspectum nancisci possimus; evocationes ope lampadis magicae et explicationem, quomodo ejusmodi lampas facienda et consecranda sit; formulas philtrorum et amatoriorum componendorum; exorcismum quo homines invisos odiososque e medio tollere possimus; remedia porro morborum aliorumque malorum, veluti: veneni morsus serpentis, distortionis membrorum, fluoris albi, verrucarum, cett. quae remedia omnia, aut carminibus magicis et invocationibus adhibitis paranda erant, aut simul cum invocationibus magicis et carminum recitatione aegrotis adhibenda.

Ex iis quae indicavimus satis apparet, textum Papyri illius bilinguis valde similis argumenti et naturae esse atque textum Graecum Papyri nostri V, et eandem similitudinem, aut saltem analogiam quoque admitti posse respectu columnarum Demoticarum, quarum duae textui Graeco praemittuntur, et aliae quatuor in altera Papyri extremitate eundum sequuntur.

Jam si textum Demoticum Papyri I. 384 (A. 75), in hac nostra editione litera V insigniti, spectamus, prorsus alienum a textu Graeco in aversa ejus superficie scripto comperimus. Doctissimi F. R. Lauth, H. Brugsch et E. Revillout de Demotico textu uberius egerunt. Horum doct. Lauth primus agnovit fabulas Aesopias in eo contineri, et fabulam Leonis et muris, columna XVIII Papyri (nostrae editionis *Monumentorum Aegyptiorum* II. tab. CCXVIII, versibus 11 et seqq.) dedita opera explicuit in commentatione *de Fabula animalium in Aegypto* [4]). Deinde doct. Brugsch, cui eo tempore doctissimi Lauth commentatio nondum

---

[1]) E. Revillout, *Les arts Égyptiens* et *Un fragment de la légende Osiriaque; Revue égyptologique* I, fasc. 4, pp. 163—172 et II. fasc. 1, pp. 10 seqq.

[2]) *Le roman de Sedna.* Avant-propos. Par. 1877.

[3]) Maspero, *Études Démotiques; Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie Égyptiennes et Assyriennes*, I, Livr. 1 (1870) pages 19—40.

[4]) *Ueber die Thierfabel in Aegypten;* in *Sitzungsberichten der königl. Bayerischen Akademie zu München*, Vol. II, pp. 42 seqq.

innotuerat, fabulas Aesopias in primitiva forma, quales ex Aegypto originem duxissent, Papyro nostro contineri docuit, eandemque fabulam Leonis et muris vertit et adnotatione instruxit. Ceterum universum Papyri textum Demoticum, si otium sineret, accurata versione publici juris se facturum promisit [1]).

Postremus, at longe uberius textum eundem tractavit doct. Revillout in *Syntagmate Aegyptologico*, in dissertatione cui titulus: *Colloquia philosophica felem Aethiopicam inter et parvum canem aureum Kufi* [2]). Ex accurato totius textus conspectu, expositione, observationibus et plurimarum partium interpretatione verbis ad verba reddita, satis certo de argumento judicare possumus. Priores et posteriores columnae seu paginae perierunt, unde factum ut titulus operis, introductio et narratio, qua occasione et quo loco sermones habiti sint, nobis non innotuerint, et aeque incerti linquamur de exitu disputationis. Ceterum dialogi amborum animalium totum volumen implent. Canis aureus [3]) philosophum agens, felem docet fati inexorabilis decreto omnium quae existunt sortem definiri, immutabilique ratione constitui, ita ut ne dii quidem aliquatenus sua auctoritate rebus intervenire possint. Porro quodvis animal tantummodo damno aut interitu aliorum vivere et vitam sustentare, debiliora in certamine de vita fortioribus locum cedere, ita ut canem philosophum Darwini Angli doctrinam jam cognovisse aut praesensisse fere putaveris. Hac parte disputationis absoluta, canis transgreditur ad alteram, in qua, fabulis adlatis et enarratis thesem suam demonstrare conatur et simul sustinet, vanum inutileque esse praeceptum, quo mala bonis remunerari monemur. Argumentis utitur fabularum Vulturis et Isidis, Leonis et canum aureorum (editionis nostrae *Monumentorum Aegyptiorum* Partis II, tab. CCXX, col. 13 ante finem, CCXXI, col. 14, 15 et CCXXII, col. 16). Post hanc sequitur fabula Aesopia Leonis et muris (tab. CCXXIII, col. 18), quam, ut diximus, doctissimi Lauth et Brugsch in Germanorum linguam transtulerunt. Quod vero hi censuerunt Papyri textum Demoticum „seriem" fabularum animalium continere, haud nimis urgendum esse satis apparet ex iis quae doct. Revillout jam disseruit, et ulterius patebit ex iis quibus reliquam partem dissertationis, in fasciculis qui sequentur *Syntagmatis Aegyptologici*, integra translatione et commentariis, ad finem perducturus est.

---

[1]) H. Brugsch, *Aesopische Fabeln in einem ägyptischen Papyrus*, in Diario: *Zeitschrift für ägypt. Sprache und Alterthumskunde*, 1878. pp. 47—50 et tab. III.

[2]) *Entretiens philosophiques d'une chatte Éthiopienne* et *d'un petit chacal Koufi*, in Syntagmate: *Revue Égyptologique*, Vol. I, pp. 143, 144 et 153—159.

[3]) Dubitat Revillout, an non philosophi partem cynocephalus agat, qui in antiqua Aegypti lingua **Kuf**, **Kufi** nominatur. Canis aureus sacrum scribam in scriptura hieroglyphica significat, et cynocephalus Thot dei est symbolum; utrique animali aeque philosophi aut doctoris partes tribui potuerunt. Vid. Revillout, op. cit., p. 154, nota 2.

Textus Graecus constat 14 columnis seu paginis, singulis 32 ad 36 versuum, scriptura satis nitida et lectu plerumque facili. Continet formulas actionum magicarum et compositionum chemicarum, quae duae artes antiquitus haud ita a se invicem separari solebant, interpretationem denique significationum occultarum, quas scribae sacri plantarum nonnullarum aliarumque rerum nominibus tribuisse dicuntur. Quae artem magicam spectant magnopere conveniunt cum iis, quae apud Jamblichum in libro *de mysteriis Aegyptiorum* ea de re leguntur, neque aliena sunt a Gnosticorum nonnullorum: Simonianorum, Marcosianorum, Carprocatianorumque scholis. Sed magna vis et auctoritas quae septem vocalibus tribuuntur, monere videntur, ut, quo tempore Marci doctrina inprimis floreret, formulas et reliqua composita fuisse aut praecipue viguisse statuamus.

Nomina barbara quae, reliquis mixta saepissime adhibentur et linea transversa superducta interdum distinguuntur, aut vanos sonos exprimere videntur, vel ex Aegyptiorum, Hebraeorum, aliorumque populorum orientalium linguis explicanda. Marcosianos nominibus Hebraeis usos fuisse in redemtionis formulis, ut terrore implerent quos initiabant, tradit Irenaeus *adv. Haereticos* I. 18, § 2; nominumque Aegyptiorum et Assyriorum efficacitatem in rebus mysticis praedicat Jamblichus, *de mysteriis* VII. 4. Quum autem horum omnium interpretationes, eorum quoque quae certam quamdam significationem habebant, formularum scriptori ignotae essent, in iis praecipue scribendi vitia quaerenda esse facile apparet; quamobrem timendum ne operam et oleum perdat, qui nominum barbarorum omnium, in Papyro nostro obviorum explicationem tentaverit.

Quod ad aetatem, animadvertendum ex diversis quidem scriptis formulas esse collectas, omnibus vero ad idem fere aevum referendis, quo magica et chemica, Alexandriae inprimis in Aegypto tractabantur. Aegyptiorum antiquorum doctrinas jam in oblivionem quodammodo abiisse efficere possumus ex *Col.* 5, vs. 19 ubi deus *ἰβιοπρόςωπος* male Osiridis et Isidis filius vocatur; verum magis quoque ex *Col.* 12, vs. 18, ubi imperfectum *ἐχρῶντο* indicare videtur tunc temporis scribas sacros, itaque deorum Aegyptiorum cultum, non amplius extitisse. Ex nominibus scriptorum, qui citantur: Agathoclis (*Col.* 4, vs. 1), Apollobecis (*Col.* 4, vs. 14), Zminis Tentyritae (ib. vs. 15), Ostanis (ibid.), Urbici (*Col.* 10, vs. 6), et Democriti (*Col.* 11, vs. 1) magna lux huic quaestioni non oritur. Zminis et Urbicus aliunde, quod sciam, non innotuerunt et trium reliquorum: Apollobecis, Ostanis et Democriti nominibus posterioris aevi impostores saepius usi sunt, ut majorem scriptis suis auctoritatem compararent; idque imprimis factum, ex quo tempore chemiae, seu proprie alchemiae studium in Schola Alexandrina florere incepit, saeculo P. C. tertio. Quae omnia si consideramus, stilum praeterea et ipsarum literarum formas, quales in Papyro nostro apparent, comparamus, Reuvensio assentiemur, textum Graecum saeculo IV° non recentiorem, neque Saeculo III° multo antiquiorem arbitranti; cf. Reuvensius, *Lettres*,

I, 27. Si literarum formas adlegamus ob oculos tenendum, de ipsius textus aetate haud ita firmum strictumque judicium ex iis ferri posse, quum incertum sit, num ipsum archetypum, an apographum ejus tantum habeamus. Librarium autem non magna cura rem suam egisse plurima sunt quae probent: sectiones non absolutae, sententiarum partes male repetitae, casus nominum permutati, et, quod pronuntiandi rationi, eo tempore vigenti tribuendum, orthographia vocabulorum turbata, ita ut *αι* pro *ε*; *ε* pro *αι*; *ει* pro *ι*; *υ* pro *οι* scriptum sit.

Textus Demoticus, quinque saltem columnarum quae in eadem parte anteriori Papyri scriptae sunt, quin argumento suo cum nonnullis Graeci textus sectionibus, exorcismos deorumque invocationes continentibus, quodammodo cohaereat, dubitare vix possimus, quum Graeca quae ei inseruntur, ut supra diximus, idem spectent, et deorum Aegyptiorum quidem, sed nominum barbarorum quoque, invocationes plurimae in eo inveniantur. Verumtamen columnae istae Demoticae, ad Papyri extremitates relegatae, una cum textu Graeco, eodemque tempore quotidiano usu tractari non potuerunt; quapropter vel statuendum, id olim obtinuisse, quum integrum adhuc esset MStum, ruptis vero ac detritis partibus in initio ac fine vacuis relictis, et praeterea lingua et scriptura Aegyptiaca non amplius satis cognitis, Graecorum tantummodo curam fuisse habitam; vel Demotica illa Graecis esse praemissa a librario, ut haec mysteriorum speciem et auctoritatem magicam majorem adipiscerentur. Eidem causae fortasse adscribendum, quod sectionibus tribus (vid. *Col.* 6, vs. 26; *Col.* 8, vs. 23 et *Col.* 11, vs. 14) voces Demoticae adscriptae sunt.

Papyrus repertus esse videtur Thebis, quod quidem in Indice MS[to] monumentorum Anastasianorum diserte non traditur, sed ex eo efficire possumus, quod tam arcte cum Papyro bilingui I, 383 convenit, et utriusque MSti fragmenta inter se mixta huc translata fuerunt. Quum vero diversis temporibus, diversa eorumdem Papyrorum fragmenta Arabes Anastasio vendiderint, accidit ut altera Papyri nostri pars, qua extrema pars *Columnae* 6 et reliqua usque ad finem continentur, anno demum 1830 huc transmissa fuerit, priori parte cum reliquis monumentis, duobus annis ante, jam transvectis. Partibus nunc iterum junctis tota longitudo est 3.60, altitudo 0.24 fere metrorum. Reuvensius copiose de eo egit *Lettres* etc. I, pgg. 8—27, et *Append.* pgg. 145—151; paucisque verbis describitur in Catalogo *Monumm. Aegyptt.*, quem Gallico sermone edidimus, pgg. 120 et 121. Scripturae specimina exhibet Tab. nostra I[a]. 7,8.

Monendum in ipso Papyro voces barbaras et nomina mystica saepe linea supra ducta distingui, quod et in textu edito eadem ratione faciendum curavimus.

Literae quibus lacunae explentur uncis [ ] inclusae; compendia, sigla vel notae literis minoribus suppleta.

Porro in versione Latina vocales longae, *η* et *ω*, accentu gravi é et ó distinctae.

TEXTUS CONSPECTUS.

Sectio IX.
(*Col.* 6. vss. 7—14). *Κύριε χαῖρε κ. τ. λ.*
Sectio X.
(*Col.* 6. vss. 15—17). *Ὀνειρετητόν.*
Sectio XI.
(*Col.* 6. vss 18—26). *Ἴωσις χρυσοῦ.*
§ 1 (*Col.* 6. vss. 18—23). *Λαβὼν ὄξος, κ. τ. λ.*
§ 2 (*Col.* 6. vss. 24—26). *Ὄζεια λαβὼν χρυσοῦ, κ. τ. λ.*
Sectio XII.
(*Col.* 6. vss. 27—36; *Col.* 7; *Col.* 8. vss. 1—22). *Δακτυλείδιον πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν καὶ ἐπιτυχείαν λείαν ἐνεργές.*
Sectio XIII.
(*Col.* 8. vss. 24—33; *Col.* 9; *Col.* 10). *Δακτυλίδιον πρὸς ἐπίτευξιν καὶ χάριν καὶ νείκην, κ. τ. λ.*
Sectio XIV.
(*Col.* 11. vss. 1—14) *Δημοκρίτου σφαῖρα, προγνωστικὸν ζωῆς καὶ θανάτου.*
Sectio XV.
(*Col.* 11. vss. 15—25). *Διακοπός.*
Sectio XVI.
(*Col.* 11. vss. 26—33; *Col.* 12. vss. 1—12). *Ἀγρύπνιτικόν.*
Sectio VXII.
(*Col.* 12. vss. 13—16). *Πρὸς ἐπιχίρειν καὶ φιλείαν διαπαντός.*
§ 1 (*Col.* 12. vss. 13—15). *Λαβὼν ῥίζαν, κ. τ. λ.*
§ 2 (*Col.* 12. vs. 16). *Ἡ ἀναγραφή.*
Sectio XVIII.
(*Col.* 12. vss. 17—30; *Col.* 13). *Ἑρμηνεύματα ἐκ τῶν ἱερῶν μεθηρμηνευμένα.*

PAPYRUS V.

Columna 1ª.

Actio.

Habens....... ejusdem anni.................... THER...ÓCHTHABOIACHAPH MAR..ILUCHA. BERTHIÓCH. CHAR.IN.. BARCH..THACH...RPH....RBI.. SÓTHÓRAI PHAUXARÓA. MERLICHIA. BAREIA. KAR.E.REUSRA...NROUCH ZERPHRÉCH PSERPHERKÓ THNERBÉCH. CHAICHERBER... EIK.PH.U...R..P...A MILCHITHER. CHLÉTÓR PHANILER. MAZ. MACHAIRIÓ. Haec te dicente veniet puella lampades tenens. Tu dic: PHERTHE.ILOCH.TEI.... et extinguentur ipsae faces et adstabit tibi lugens et querens. Tu dic: fac hoc et accendam tuas lampades.. Sin ad caedem mittas, da ipsi ensem et....... lampades et veniet cruentatum habens ensem, et tu dic ad manus esse lampades, et accendentur, et fugiet.............. dic: MÓZÉRPHER-TACHCHAPS; phylacterium......................

Paredrus Amor.

Amoris initiatio et consecratio et praeparatio....... fac...has, et somnia mittit,.... et insomniam causat, et cessare facit...... si recte ipso uteris et sancte, est enim habens............. sumens............ admisce ipsi omne genus aromatum et fac Amorem digitorum.... magnitudine, lampadem gestantem, habentem basin magnam, a dextra vero......... teneat arcum et sagittas et papilionem, initia ipsum ut Amorem...... et quum initiaveris, consecrabis dies 3, apponesque ipsi omnia genera fructuum....... 7, nuces pineas 7, bellariorum omne genus, lychnos non. miniatos........................ ..tabellas, arcus, poma Punica, craterem mixtum......... melli; deinde haec quum feceris et apposueris ut dictum est, quum fabricaveris...... in mensa omnis generis fructibus instructa, habente 7 lychnos ardentes albo oleo et quae adscripta sunt. Ut vero..... admirabilem Amorem, primo quidem die quum imposueris tu ipsum in mensam et ornaveris ut praescriptum est, scribam vero tibi secundum formam, plane ut scias et nihil ultra requiras, fac aram puram, hoc est tegulas...... duas sumens fac cornua quatuor, quibus impone ligna fructifera et sumens .. primo die, suffoca animalia 7, deinde gallum, coturnicem, ..., columbam, turturem, et quae obvia sunt........ duo; haec vero omnia non sacrifica, sed continens manu........... simul admovens ad Amorem donec singula animalia suffocata sint...., sanguis ipsorum ad illum

PAPYRUS V.

Columna 1ª.

Πρᾶξ[ις].

Ἔχων ἰσπρίων ἐπιετῶν νυκ[..]ος κ[....]ων ξίφ[ος......]θ[ε]ρ.. ωχθαβοιαχαφ μαρ[..]ιλυχα Βερθιωχ Χαρ[α]ιν[..] Βαρχ[..]θαχ... ρφ.... ρβι..σωθωραι Φαυξαρωα Μερλιχια Βαρεια Καρ.ε.ρευσρα... νρουχ Ζερφρηχ Ψερφερκω Θνερβηχ Χαιχερβερ... εικ.φ.υ...ρ..π... α Μιλχιθερ Χλητωρ Φανιλερ Μαζ Μαχαιριω. Ταῦτα ...[ε]ἴπον[το]ς ἐλεύσεται κόρη λαμπάδας ἔχουσα. Σὺ λέγαι [1]· Φερθε. Ιλοχ. τει...., καὶ σβε[σ]θήσονται αὐτὰ [2]) ἡ [δα]δαις [2]) καὶ παραστήσεταί σ[ο]ι λυπουμένη καὶ με[μ]φομένη. Σὺ λέγε· π[ο]ίησον [3]) τόδε, καὶ ἅψω σου τὰς λαμπάδας, αι.εον.ρ.π..πει ανα.ρειςκεπταιται· ἂν ἐπὶ φόνον πέμπῃς, δὸς[αὐ]τῇ τὸ ξίφος, καὶ.ι..λεις τὰς λαμπάδας, καὶ ἐλεύσεται ἡμαγμένον ἔ[χ]ο[υσ]α τὸ ξί[φ]ος· [σ]ὺ.[ε]ἰ[π]ὲ.... προς[κ]εῖσθαι τὰς λαμπάδας, καὶ ἀναφθήσονται, κ[α]ὶ φεύξεται....λ...... η [λ]έ[γ]ε· Μωζηρφερ ταχχαψ· φυλακτήριον οικ.υραδε..ια.ειρ.κ...ρ.τε...ειρι νυκτός.

Π[ά]ρεδρος ἔρως.

Ἔρωτος τελετή, καὶ ἀφιέρωσις, [κ]αὶ κ[α]τασκευή, ε..ι.τιδὲ πρᾶξε ταύτας, καὶ ὀνεί[ρους] πέμπει, [καὶ] ἀγρυπνίαν πο[ι]εῖ, [καὶ ἀπ]αλλάσσει, κ[αὶ]ο........, ἂν ὀρθῶς αὐτῷ χρήσῃ κα[ὶ] ἁγνῶς, ἐστὶν γὰρ ἔχων παίδ....αξιν. Λαβὼν.... ἀῤῥηνικὸν, [4]) μείξον [5]) αὐτῷ [πᾶν] γένος ἀ[ρ]ωμάτων, καὶ πο[ί]ησ[ον] ἔρωτα δακτύ[λων].... μῆκ[ος], λαμπαδηφόρ[ον ἔ-]χοντα β[άσ]ιν μακρὰν, ἐκ δεξιῶν δε τ.ν εντ ....ει. κ[ρ]ατείτω τόξο[ν] καὶ βέλεα καὶ ψυχὴν, τέλε.. [αὐ]τὸν ὡς ἔ[ρωτ]α, η...... ἀπο[τελ]έ[σ]ας ἀφιερώσ[εις] ἡμέρας γ', παραθήσεις δὲ αὐ[τῷ] παντοῖα γένη καρ[πῶν]..πο....τε ζ', στροβ[ί]λους ζ', τρ[α]γημάτων πᾶν γ[έ]νος, λύχνους ἀμιλτ[ώτους] και.....α μικρὰ διπα..τα, πινακίδ[α]ς, τόξα, μῆλα φ[οι]νίκια, κρατῆρα κεκ[ραμ]ένον....μέλιτι· εἶτα τα[ῦτ]α ποιήσας καὶ παραθεὶς ὡς υ[π]όκειται, ποιήσας τὸν ....α, ἐπὶ τρ[α]πέζης πανκ[ά]ρπου [6]), ἐχούσ[η]ς τοὺς ζ' λύχνους, καιομένους λευκῷ ἐλαίῳ, καὶ ὅσα προσγέγραπται. Ὡς δὲ πειε.ν [τ]ὸν θαυμαστὸ[ν] ἔρωτα, πρώτῃ μὲν ἡμέ[ρ]ᾳ ἐπι[θέντ]ος σου αὐτὸν ἐπὶ τὴν τράπεζαν, καὶ κοσμησάντος ὡς προγέγρα[πται], (γρά[ψω]δέ σοὶ κατ' εἶδος ἀφθόνως, ἵν εἰδῇς καὶ μηδὲν ἐπιζήτῃς, π[ο]ίησον βω[μὸν] καθαρὸν, τοῦτ' ἔσ[τ]ιν πλίνθους...ας δύο λαβὼν, ποίησον κέρατα δ', ἐφ' οἷς [ἐπιθ]ῇς ξύλα κάρπι[μα], καὶ λαβὼν (τῇ) πρώτῃ ἡμέρᾳ, ἀπόπνειξον [7]) ζῶα ζ', εἶτα [ἀ]λ[εκτ]ρυόνα, ὄρτυγα, βασιλείσσα, περιστερὰν, τρυγόνα, καὶ τὰ ἐνπεσόντα [8])..... ησα δύο· ταῦτα δὲ πάντα μὴ θύε, ἀλλὰ κατέχων εἰς [τ]η χεὶρ ἀνα.... [ε]ι[ς], ἅμα προσφέρων τῷ ἔρω[τ]ι, [μέχ]ρις οὗ ἕκαστον τῶν ζώων ἀποπνιγῇ.... [αἷ]μα αὐτῶν εἰς α[ὐ]-

---

[1]) l. *λέγε.* [2]) l. *αὗται αἱ δᾳδές.* [3]) In Pap. *π[ό]ιησō.* [4]) l. *ἀῤῥενικόν.* [5]) l. *μίξον* [6]) l. *παγκάρπου.* [7]) l. *ἀπόπνιξον.* [8]) l. *ἐμπέσοντα.*

pervenerit et deinde impone in aram suffocata cum aromatibus diversis. Secundo vero die pullum gallinaceum masculum......... priora suffoca et integra crema; 3° vero die alium pullum gallinaceum..... faciens initiationem comede pullum solus, alius vero nemo................. igitur quum feceris sancte et pure, omnia consequeris............. Oratio...... quae dicitur primo die:

Columna 2ª.

Invoco te qui (es) in pulchro lectu, qui (es) in (desiderabili) domo; ministra mihi, et nuntia semper quodcumque tibi dicam, et quocumque mittam, assimilatus deo vel deae, qualem colunt viri aut mulieres, dicens omnia quae subscripta sunt, aut quae dicuntur et traduntur tibi; cito! Pervenit ignis ad signa maxima, et absorptum est coelum, orbem non cognoscens sacri scarabaei, nominati PHÓREI. Scarabaeus, alatus, in medio coelo residens tyrannus capite privatus est aut in partes concisus; maximum et gloriosum ipsius consumtum est, et dominum coeli includentes perdiderunt, ut tu ministres mihi apud quoscumque velim viros et mulieres. Veni ad me o domine coeli, illuminans orbem terrarum, ministra mihi apud viros mulieresque, parvos et magnos et coge semper ipsos facere omnia quae scribuntur a me. Veni o domine formarum, et excita mihi viros et mulieres; coge ipsos facere semper vires et robora (quae) possunt, quae a me scribuntur et quae dicuntur...... PHOUREI, ARNOU..... SUNPHREÓ, RIÓBAI, OS, OI, SUSIA, TEPHTHO ....R ADÓNAI; et fac ipsis terrentes tremores, pavidas mentes quum feceris per metum tui, et faciunto omnia supra scripta; sin vero mihi non obediveris, comburetur orbita et tenebrae erunt per totum orbem terrarum et scarabeus descendet, donec feceris omnia, quae scribam aut dicam obedienter; jam, jam, cito! Oratio secunda, dicta durante sacrificio. Obtestor te per eum qui continet..... et fecit quatuor fundamenta, et miscuit quatuor ventos. Tu es fulgurans, tu es tonans, tu es concutiens, tu es omnia evertens et omne erigens rursus; fac converti omnes homines et omnes mulieres fideliter ad me, talem vel talem ab ea, per quam vexor in hoc.......... secun-

τὸν ἔλθῃ, καὶ εἶτα ἐπιτίθει[1] *εἰς τὸν βωμὸν τὰ ἀπο[πνι]γ[έν]τα [σ]ὺν ἀρώμασιν πα[ν]τοίοις· τῇ δὲ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ νοσσάκιον ἀῤῥε[ν]ικὸν . . ς . . . [π]ρῶτα ἀπόπνειγε*[2] *καὶ ὁλοκα[ύτ]ει· τῇδε γ′ ἡμέρᾳ ἕτερον νοσσάκιον β . . . . . . ποιῶν τὴν τελετὴν*[3] *κατάφαγε [τ]ὸ[ν] νεοσσὸν μόνος, ἄλλος δὲ μηδε[ὶ]ς συ . . . . οὖν ποιήσας ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, πάντων ἐπιτεύξῃ. λ . . . . ὁ λεγόμενος σὺν τῇ α′ ἡμέρᾳ.*

Columna 2ª.

Ἐπ[ι]κ[α]λοῦμε σαι[4] *τὸν ἐν τῇ καλῇ κοίτῃ, τ[ὸν] ἐν τῷ πο . . ινῷ*[5] *οἴκῳ, διακόνησόν μοι, κ[α]ὶ ἄ[π]άγγειλον, ἀεὶ ὅτι ἂν σοι εἴπω, καὶ ὅπο[υ ἂν]ἀ[π]οστέλλ[ω], παρομοιούμενος θεῷ ἢ [θ]εᾷ, οἵῳ ἂν σέβωνται οἱ ἄνδρες καὶ οἱ*[6] *γυνα[ῖκ]ες, λέγων πάντα τὰ ὑπογραφόμενα, ἢ λεγόμενα, καὶ παρατιθέμε[ν]ά σοι· ταχύ. [Ἔφ]θασε τὸ πῦρ ἐπὶ τὰ εἴδωλα τὰ μέγιστα, καὶ κ[α]τεπειέτω*[7] *οὐρανὸς, τὸν κύκλον μ[ὴ γ]εινώσκων*[8] *τοῦ ἀγείου*[9] *κανθάρου, λέ[γο]μέ[ν]ου Φωρει· κάνθαρος ὁ πτεροφυὴς, μεσουρανῶν τύραννος ἀπεκεφαλίσθη ἢ μελίσθη, τὸ μέγιστον καὶ ἔνδοξον[αὐ]τοῦ κα[τ]εχρήσατο, καὶ δεσπότην τοῦ ου*[10] *οὐρανοῦ συνκατακλείσαντες ἤλλαξαν, ὡς σὺ διακονήσεις μοι πρὸς οὓς θέλω ἄνδρ[α]ς καὶ γυναῖκας· ἧκε μοι ὁ*[11] *δεσπότα τοῦ οὐρανοῦ, ἐπιλάμπων τῇ οἰκουμένῃ, διακόνησόν μοι πρὸς τὲ*[12] *ἄνδρας καὶ γυ[ν]αῖκας, μεικρούς τε καὶ μεγάλους, καὶ ἐπαναγκάσῃς ἀεὶ αὐτοὺς ποιεῖν πάντα τὰ [γε]γραμμένα ὑπ᾽ ἐμοῦ. Ἥκαι*[13] *μοι ὁ*[11] *δεσπότης τῶν μορφῶν, καὶ δειέγειρόν*[14] *μοι ἄν[δρ]ας καὶ γυναῖκας, ἀνάγκασον αὐτοὺς ποι[ῆσ]αι τῆς ἀεὶ εἰςχυρὰ*[15] *καὶ κράτα δύνα[ν]ται, ἶτα*[16] *τὰ ὑπ᾽ ἐμοῦ γραφόμενά τε καὶ λ[ε]γ[όμ]ενα εἰςάφσαντα· Φουρει. Αρνου . . Συνφρεω. Ριωβαι. Ος. Οι. Συσια. Τεφθο. . . ρ . Αδωναι, καὶ ποίησον αὐτοὺς*[17] *ἐν[φο]βοῦσιν τρόμους, ἐπτοημένους τὰς φρένας πο[ιήσ]ας διὰ τὸν φόβον σου, καὶ ποιείτω[σαν] πάντα τὰ προγεγραμμένα· ἐὰν δέ μου παρακούσῃς, κα[τα]καή[σ]εται ὁ κύκλος, κ[αὶ] σκότος ἔσται καθ᾽ ὅλην τὴν οἰκουμένην, καὶ ὁ κάνθαρος κ[ατα]βήσεται, ἕως ποιήσε[ις μ]ο[ι] πάντα ὅσα γράφω ἢ λέγω ἀπαραβάτως*[13] *ἤδη, ἤδη, ταχύ. [Λόγος] δεύτερος, λεγόμενος ἐπὶ τῆς θυσίας. Ἐξο[ρκ]ίζω σε κατὰ τοῦ κατέχοντος τὸν κ . σ . . ν*[19] *καὶ ποιήσα[ντο]ς τὰ τέσσαρα θεμέλια, καὶ μείξαντος*[20] *τοὺς δ′ ἀνέμους· σὺ [εἶ ὁ] ἀστράπτων, σὺ εἶ ὁ βρον[τ]ῶν, σὺ εἶ ὁ σίων*[21], *σὺ εἶ ὁ πάντα στ[ρ]έψας καὶ πᾶν ὀρθώσας πάλιν· ποίησον στρέφεσθαι πάν[τ]ας ἀνθρώπους τε καὶ πάσας γ[υ]ναῖκας*[22] *. . πί[σ]θως*[23] *μοι τοῦ δεῖνα ἢ τῆς δεῖνα*[24] *ἀφ᾽ ἧς ἀν[αγκ]άζωμα[ι]*[25] *ἐν τούτῳ τῷ παραψιμω κατ᾽ ἐπιτα-*

---

[1]) l. *ἐπιτίθετι.* [2]) l. *ἀπόπνιγε.* [3]) In Pap. *τελετ̄.* [4]) l. *ἐπικαλοῦμαι σε.* [5]) Supple *ποθεινῷ* (?). [6]) l. *αἱ.* [7]) l. *κατεπίετο ὁ.* [8]) l. *γιγνώσκων.* [9]) l. *ἁγίου.* [10]) l. *τοῦ* rejecto altero *ου.* [11]) l. *ὦ.* [12]) in Pap. *ειτε*, suprascripto *πρός.* [13]) l. *ἧκε.* [14]) l. *διέγειρον.* [15]) l. *ἰσχυρά.* [16]) *ῖτα* abundat. [17]) l. *αὐτοῖς ἐμφόβους.* [18]) In Pap. *ἀπταραβάτως.* [19]) Supple *κόσμον.* [20]) l. *μίξαντος.* [21]) l. *σείων.* [22]) In Pap. *γυναῖκα*, suprascripto *κας.* [23]) l. fortasse *εὐπίστως.* [24]) In Pap. *τοῦ ⸓ ἢ τῆς ⸓* corrigendum *τῷ ⸓ ἢ τῇ ⸓.* [25]) l. *ἀναγκάζομαι.*

dum jussum excelssimi dei, IAÓ, ADÓNEAI, ABLANATHANALBA. Tu es continens gratias in vertice fulgido. Tu es tenens in dextra fatum, BELTEPIACH, tu es solvens et ligans, SEMESILAMPE. Domine exaudi me ex hodierno die et in omne tempus. Oratio tertia tempore ejusdem sacrificii. Invoco vos, dii coelestes, et terrestres, et aërii, et terrestres, et obtestor per eum qui continet 4 fundamenta, ut perficias mihi tali aut tali hancce rem, et des mihi gratiam, sermonis suavitatem, amabilitatem apud omnes homines et omnes mulieres in creatione, ut mihi sint subjecti ad omnia quaecumque voluerim, quoniam servus sum excelsissimi dei, continentis mundum et omnipotentis. MARMARIÓTH. LASIMIÓLÉTH. ARMASAN. SÉBARBAUTH. POÓ AÓI, ÓIÉR ARTÉMA. A . . a, ééééééé, óóóóóóó; mandare in his ordinatis dicto

Columna 3ª.

amori, quoniam sum deus deorum omnium, IAÓ, SABAÓTH, ADÓNAI, ABRAXAS, IARABBAPS, THOURIÓ, THANAKERMÉPH. PANCHONAPS. Hae orationes fiant et dicantur per 3 dies, ut efficias actionem perfecte.

Quando vero mittis (amorem), ad quae desideras, dic tantum hancce orationem. Postquam sustuleris amorem de tabula et apposita, . . . scribe in tabella quae desideras. Oratio scripta in tabella: Tu es infans, vivus deus, habens pulchritudinem, SAMMÓTH, SARBAÓTH, TABAÓTH, SORPHÉ, SEOURPHOUTH, MOUÉÏSRÓ, SALAMAGÓUTH, EDEIMÉ, OUSOUSEIRI, ESSENEPHTHANOUTH, SATHAÉ, ISISAÉTHI, EPHANOUN, BIBIOU, BIBIOU, SPHÉ, SPHÉ, ASÉÉA, ÉI. Profectus ad omnem locum et ad omnem domum, quo te mittam ad talem, (filium) talis, vel ad talem, (filiam) talis, assimilatus ei quem colit deum vel deam, coge ipsum facere hancce rem. Quaecumque desideres scribe in tabella cum oratione expergefactus ex stupore. Obtestor te per (sanctum) et per honoratum nomen, cui omnis creatio subjecta est, omnis terra. IBARBOU THARAKTITHEANÓ, BABOUTHA, KÓCHED, AMEN. Fiat haecce res jam, *bis.*
Rubri maris ex 4 plagis animos concutiens, in loto sedens et cicindelae instar illuminans totum orbem; sedes enim crocodili formam habens, in partibus vero versus notum vergentibus draco es alatus, veluti enim eras revera, IÓ, IÓ, BARBAR, ADÓNAÏ, KOMBALIÓPSTHÓB IARMIÓOUTH. Veni ad me, audi me ad hocce munus, ad hancce operationem, maxime, ARSAMÓS, MOUCHALOUCHA, ARPAX, ADÓNEAI. Ego sum qui obviam venit sub sacrum montem et cui donasti

ην [1]) *τοῦ [ὑψ]ίστου θεοῦ, Ιαω, Αδωναι, Αβ[λα]ναθαναλβα· σὺ εἶ ὁ περιέχων τὰς χαρίτας [ἐ]ν τῇ κορυφῇ λαμφρῇ* [2])· *σὺ εἶ ὁ ἔχων ἐν τῇ [δ]εξιᾶ τὴν ἀνάγκην. Βελτεπιαχ· σὺ εἶ ὁ διαλύω[ν] καὶ δεσμεύων Σεμεσιλαμπε· κ[ύ]ριε ἐπάκουσόν μου ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. Λόγος γ' ἐπὶ τῆς αὐτῆς θυσίας· Ἐπικ[α]λοῦμαι ὑμᾶς, θεοὶ οὐράνιοι καὶ ἐπίγοι* [3]), *καὶ ἀέροι* [4]), *καὶ ἐπιχθόνιοι, καὶ ἐξορκίζω κατὰ τοῦ κατέχοντος τὰ δ' θεμέλια· [ἐ]πιτέλεσαί μοι, τῷ δεῖνα ἢ τῇ δεῖνα* [5]) *τόδε πρᾶγμα, καὶ [δοῦ]ναί μοι χάριν, ἡδυγλωσσίαν, ἐπ[αφ]ροδισίαν πρὸς πάντας ἀνθρώπους, καὶ πάσας γυναῖκας, τὰς ὑπὸ τὴν κτίσι[ν], ἵνα μοι ὦσι[ν] ὑποτεταγμένοι εἰς πάντα ὅ[σα ἂν] θέλω, ὅτι δοῦλος εἰμὶ τοῦ ὑψίστου θε[οῦ], τοῦ κατέχοντος τὸν κόσμον καὶ παντοκ[ρά]τορος. Μαρμαριωθ, Λασιμιωλήθ, Αρ[μ]ασαν, Σηβαρβαυθ, Ποω, Αωι, Ωιηρ, Αρτημα α..α ηηηηηηη ωωωωωωω παραγγέλλ....* [6]) *ἐπὶ τούτων τεταγμέ[νω]ν λεγομένῳ*

Columna 3ª.

ἔρωτι, ὅ[τι] εἰμὶ θεὸς θεῶν ἁπάντων, Ἰαων, Σαβαωθ Ἀδωναι, Αβ[ραξ]ας, Ιαραββαψ, Θουριω, Θανακερμηφ, Πανχοναψ. Οὗ[τ]οι λόγοι γείνωνται [7]) *καὶ λέ[γωντ]αι ἐπὶ τὰς γ' ἡμέρας, ἵν' ἀπόδοις τὴν πρᾶξιν τελέως.*

Ὅταν δὲ πέμπεις εἰς ἃ χρήζεις, λέγε μόνον τοῦτον τὸν λόγον, ἄρας [τ]ὸν ἔρωτα ἀπὸ τῆς τραπέζης, καὶ τὰ παρακείμενα, μ.... [8]) *γράφε ἐν πιττακιδίῳ, περὶ ὧν χρήζεις. Λόγος γραφόμενος ἐν τῷ πιττακίῳ Σὺ εἶ ὁ νήπιος, ὁ ζῶν θεὸς, ὁ ἔχων μορφὴν, Σαμμωθ, Σαρβαωθ, Ταβαωθ, Σορφή, Σεουρφοὺθ, Μουηισρω, Σαλαμαγωθυ, Εδειμη, Ουσουσειρι, Εσσενεφθανουθ, Σαθαη, Ισισαηθι, Εφανουν. Βιβιου, Βιβιου, Σφη, Σφη, Ασηηα ηι, πορευθεὶς πάντα τόπον καὶ π[ᾶσα]ν οἰκίαν, ὅπου σε πέμπω πρὸς τὸν δεῖνα τῆς δεῖνα* [9]) *ἢ τὴν δεῖνα τῆς δεῖνα* [9]), *παρομοιωθεὶς ᾧ σέβεται θεῷ ἢ θεᾷ, ἀνάγκασον αὐτὸν ποιῆσαι τόδε πρᾶγμα. Ὅσα θέλεις γράφε εἰς τὸ πι[ττ]άκιον σὺν τῷ λόγῳ, ἐγερθεὶς ἐκ θάμβος* [10])· *Ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ καὶ κατ' ἐπιτίμου ὀνόματος, ᾧ ἡ πᾶσα κτίσις [ὑ]πόκειται, πᾶν* [11]) *χθών· Ιβαρβου Θαρακτιθεανω, Βαβουθα, Κωχεδ, Αμήν· γενέσθω τόδε πρᾶγμα, ἤδη β'.*

Ἐρυθρὰ [12]) *θαλάσσης ὁ ἐκ τῶν δ' μερῶν τοὺς ἀνέμους συνσείων* [13]), *ὁ ἐπὶ τοῦ λώτου καθήμενος, καὶ λαμπυρίδων* [14]) *[τ]ὴν ὅλην οἰκουμένην· καθέζῃ γὰρ κορκοδειλοειδὴς* [15]), *ἐν δὲ τοῖς πρὸς νότον μέρεσ[ι]ν δράκων εἶ πτεροειδὴς* [16]) *ὡς γὰρ ἔφυς τῇ ἀληθείᾳ. Ιω, Ιω, Βαρβαρ, Αδωναι, Κομβαλιωψθωβ, Ιαρμιωουθ· ἧκέ μοι, κλῦθί μοι ἐπὶ τήνδε τὴν χρείαν, ἐπὶ τὴνδ[ε] τὴν πρᾶξιν, μέγιστε Αρσαμως, Μουχαλ.ουχα, Αρπαξ, Αδωνεαι· ἐγώ εἰμ[ι] ὁ συνηντήσας* [17]) *ὑπὸ τὸ ἱερὸν [ὄ]ρος, καὶ ἐδωρήσω*

---

1) l. fortasse *κατ' ἐπιταγήν*. 2) l. *λαμπρᾷ*. 3) l. fortasse *ἐπίγειοι*. 4) l. *ἀέριοι*. 5) In Pap. *τῷ Δ ἢ τῇ Δ*. 6) Supplendum fortasse *παραγγέλλειν τῷ*. 7) l. *γίγνωνται*. 8) Suppl. fortasse *μετάγραφε*. 9) In Pap. *τὸν Δ τῆς Δ, ἢ τὴν Δ τῆς Δ*. 10) l. *θάμβους*. 11) l. *πᾶσα*. 12) l. fortasse *Ἐρυθρᾶς*. 13) l. *συσσείων*. 14) l. *λαμπυρίζων*. 15) l. *κροκοδειλοειδής*. 16) l. fortasse *πτερόεις*. 17) l. *συναντήσας*. 18) l. *εἰ μή*.

maximi Onsi doctrinam, quam et servabo sancte, nemini tradens nisi iis qui tecum initiati sunt in tuis sacris mysteriis. IARBATHATRA, MNÉPSIBAÓ, CHNÉMEÓPS. Veni et adsta (mihi ad) hocce opus et adjuva.

Ex Hemerii (scriptis).

Typhonii atramenti scriptio. Anemones ignicoloris, succi cinarae, seminis acanthi Aegyptii, minii Typhonis, asbesti, pulveris artemisiae monoclonae (i. e. *unum ramulum habentis*), gummi Umbrii.

Operatio felicitatis.

In ovo avis maris scribe et defodi prope limen. Tu es ovum CHPHURIS, ovum quod est CHORBAISANACHARSÓ, AMOUN.... SPHÉ, bis. GAKNEPHÉ. SIETHÓ.... bis. Tu es ovum sacrum a partu quod est SELBIOUS, BATHINI, PHNIÉÏ, APO, AÓ, AÓÉ, AÓÉ, AÓ, IA, PHIASATHÓU, IAÓ, SEMETÉA, PHEÓÉPH, OXUMBRÉÉ, É, III. Precatio vero ovi: O magne deus, da mihi gratiam, operationem, et loco huic ubi jacet ovum in qua domo operor, ego vero SELAPÉLTHEÓÉPH; et daemon bone, immitte huicce domui omnem operationem et abundantiam quotidianam. Tu es operatio mea, tu es magnus Ammon in coelo...., opitulare mihi

Columna 4ª.

Formula somnia immittendi Agathoclis.

Quum sumseris felem prorsus nigram trucidatam, feceris tabellam, et inscripseris...... quae sequuntur, et quod vis somnium immittere, et impone in os felis. Jaceo, Jaceo, ego sum magnus, qui in...... jacet. MOMMOU, THÓTH, NANOUMBRÉ KARICHAKENURÓ, PAARMIATHON, sacrum IAOU, IEÉ, IEOU, AÉÓI, existens supra coelum AMACHEUMEU, NENNANA, SENNANA, ABANATHANALBA, AKRAMMACHAMARIA, BRASIAOUA, LAMPSÓR. EI, EEI, EIEI, AÓ, ÉÉÓ, THÉOURIS, Ó....... ad opera, BRIÓN, AMÉ. Admone talem de hocce, quod vero necesse (est) veni mihi talem defigens sub tua potestate (degentem), imperans universo mundo, igneus deus, admone talem. THARTAR, THAMARA, THATHA, MOMMOM, THARABÓTH, APRANOU, BAMALÉA, CHR. THNABOUSOULÉTH, ROMBROU, THARAÉL ALBANABRÓCHRÉX, ABRANAZOUCHÉL. Exaudi me, quoniam sum magnum nomen dicturus, AÓTH, quod omnis deus veneratur, et omnis daemon reformidat, quod omnis angelus

τὴν τοῦ μεγίστου Ὀνσοῦ γνῶσιν, ἣν καὶ τηρήσω ἁγνῶς, μηδενὶ μεταδιδοὺς εἰμὶ [1]) τοῖς σοῖς συνμύσταις [2]) εἰς τά[ς σ]ὰς ἱερὰς τελετάς. Ιαρβαθατρα, Μνηψιβαω, Χνημεωψ· ἐλθὲ καὶ παράστα[θι τή]νδε τὴν χρείαν καὶ συνέργησον.

[Τ]ὰ παρὰ Ἡμερίου.

Τυφω[ν]ίου μέλανος γραφή· Ἀνε[μώ]νης φλογείτιδός [3]), χυλοῦ κινάρας, σπέρματος ἀκάνθ[ο]υ Αἰγυπτίας, μίλτου Τυφῶνος, ἀσβέστου, κονίας Ἀρτε[μισία]ς μονοκλώνου, κόμεως [4]) Ὀμβρίου.

Ἐργαστήριον εὐπράσσειν.

Ἐπὶ ᾠοῦ ὄρνιθος ἀρσενικοῦ ἐπίγραφε, καὶ κατόρυξον πρὸς τὸν οὐδόν· σ[ὺ] εἶ τὸ ᾠὸν Χφυρις, ᾠὸν ὅ ἐστιν Χορβαισαναχαρσω, Αμουν, ⳨ [5]) Σφη β΄. Γακνεφη, Σιεθω ⳨ [5])... ουσι β΄. Σὺ εἶ τὸ ᾠὸν τὸ ἀγεῖον [6]) ἀπὸ λοχίας ὅ ἐστιν Σελβιους, Βαθινι, Φνιηι, Απο, Αωη, Αωη, Αω, Αω, Ια, Φιασαθωυ, Ἰαω, Σεμ[ε]τηα, Θεωηφ, Οξυμβρηη, η. ιιι. Ἧδε εὐχὴ τοῦ ᾠοῦ· ὁ [7]) μέγας θεὸ[ς], δό[ς] μοι χάριν, πρᾶξιν, καὶ τόπῳ τούτῳ, ὅπου κεῖται τὸ ᾠόν, ἐν ᾧ οἴκῳ πραγματεύομαι, ἐγὼ δ[ὲ] Σε[λα]πηλθεωηφ· καὶ δαίμων ἀγαθ[ὸς] ἐπαπόστειλον τῷδε τῷ τόπῳ πᾶσαν πρᾶξιν καὶ εὐ[π]ορίαν καθημερινήν· Σὺ εἶ ἡ ἐργασία μου· σὺ εἶ ὁ μέγας Ἀμμὼν, ὁ ἐν οὐρανῷ ν....ε βοήθησόν μοι.

Columna 4^{a}.

Ὀνειροπο[μπὸς] Ἀγαθόκλευς [8]).

Λαβὼν αἴλουρον ὁλομέλανα βιοθ... τον [9]), π[ο]ιήσας πιττάκιον, καὶ ἐνγράψας [10]) ζζ τὰ ὑποκείμενα, καὶ ὃν θέλεις ὄν...ομπε..αι [11]), καὶ ἔνθες εἰς τὸ στόμα τοῦ αἰλούρου. Κεῖμι, κεῖμι [12]), ἐγώ εἰμι ὁ μέγας, ὁ ἐν.... τι κεί[με]νος· Μομμου, Θωθ, Νανουμβρη, Καριχακεννρω. Παα ρμιαθον, τὸ ἅγιον Ιαου, Ιεη, Ιεου, Αηωι, ὁ ὢν ἐπάνω τοῦ οὐρανοῦ Ἀμαχευμεν, Νεννανα, Σεννανα, Αβαναθαν[α]λβα [13]), Ἀκραμμχαμαρια, Βρασιαουα, Λαμψωρ, Ει, Εει, Ειει, Αω, Ηηω, Θηουρις, ω· ἐπειδ. υ ἐπ' ἔργα Βριων, Αμη [14])· χρημάτισον τῷ δεῖνα [15]) περὶ τοῦδε, ὁ δὲ ἐπάναγκος [16]) δ[ε]ῦρό μοι δεῖνα [15]) πήξας τὸν ὑφ' τῆς ἑαυτοῦ [17]) δύναμις [18]), κυριεύων τοῦ παντὸς κόσμου, ὁ [π]ύρινος θεὸς χρημάτισον [19]) τῷ δεῖνα· [15]) Θαρθαρ, Θαμαρα, Θαθα, Μομμομ, Θαναβωθ, Απρανου, Βαμαληα, Χρ. θναβουσουληθ, Ρομβρου, Θαραηλ, Αλβαναβρωχρηξ, Αβραναζουχηλ· [ἐ]πάκουσόν μου, ὅτι μέλλω τὸ μέγα ὄνομα λέγειν· Αωθ, ὃν [20]) πᾶς θεὸς προσκύνει, καὶ π[ᾶ]ς δαίμων φρείσσει [21]), ὃ πᾶς ἄγγελος τὰ ἐπιτασ-

[1]) l. εἰ μή. [2]) l. συμμύσταις. [3]) l. φλογίνης (?). [4]) l. κόμμεως, vel κόμμι. [5]) compendium videtur vocis ἅγιον. [6]) ἅγιον. [7]) l. ὦ. [8]) l. Ἀγαθοκλέους. [9]) Suppl. βιοθάνατον. [10]) ἐγγράψας. [11]) Suppl. fortasse ὄνειρον πέμψαι. [12]) l. fortasse κεῖμαι, κεῖμαι. [13]) l. Αβλαναθαναλβα. [14]) l. fortasse Αμην. [15]) In Pap. Δ. [16]) l. ἐπάναγκες. [17]) l. fortasse τῆς σεαυτοῦ. [18]) l. δυνάμεως. [19]) in Pap. compendio ⳨ [20]) l. ὅ. [21]) φρίσσει.

jussa.......... nomen tibi per 7 (vocales) A, E, É, I, O, U, Ó, IAUÓÉEAÓ, OUEÉÓIA. Pronuntiavi tuum nomen gloriosum, nomen in omnibus negotiis. Admone talem.... deus, nomen hoc, hoc et Apollobex utebatur. Formula somni immittendi Zminis Tentyritae. Quum sumseris linteolum purum et secundum Ostanem.... delinea in ipso humanam formam habentem figuram et alas 4, et laevam manum extendentem cum sinistris alis 2, alteram vero inflexam habentem, et digitos inflexos, in capite vero insigne regium, et vestimentum circa cubitum et 2 claviculas in vestimento; supra caput vero cornua tauri, versus clunes partem posteriorem avis alatam; esto vero manus dextera admota ori clausa, prope utrumque vero pedem ensis extensus; inscribe in linteolo etiam sex nomina dei et quaecumque vis videre hunc etiam ut: CHALAMANDRIÓPH, IDEARZÓ, THREDAPHNIÓ, ERTHIBELNIN, RUTHADNIKÓ, PSAMORICH. Vobis dico, et tu valde potens daemon proficiscere ad hujus domum et dic ipsi haecce. Deinde quum sumseris non miniatum lychnum non pictum, ellychnio imposito, imple oleo cedrino, quumque accenderis, dic sequentia nomina.... dei: CHALAMANDRIÓPH, IDEARUÓTH, THREDAPHNIÓ, ERTHABEANIG, RUTHANIKÓ, PSAMMORICH, sacra dei nomina, exaudite me et tu bone daemon, cujus potentia maxima est inter deos, exaudi me profectus ad talem, ad domum ipsius ubi dormit, ad cubile ipsius, et adsta ipsi terribilis, tremulus cum dei magnis et potentibus nominibus, et dic ipsi hocce. Obtestor te, potestatem tuam, magnum deum, SÉÏTH, horam in qua dicebaris magnus deus...., divino nomine afflatum, 365 nomina magni dei, ut proficiscaris ad talem in hacce ipsa hora, in hacce ipsa nocte et dicas ipsi in somnio hocce; si mihi non obediveris et non proficiscaris ad talem, dicam magno deo

Columna 5ª.

et...... te concidet membratim et vires tuas dabit devorandas scabioso cani, in sterquiliniis sedenti. Propterea exaudi me jam, bis, cito, bis, ne cogar haece iterum dicere.

Somni postulatio.

Diligens in omnibus pinge in byssino linteolo, sanguine parvae coturnicis deum........ erectum, ibis vultu instructum ad septem......, inscribe et nomen et tunc dic orationem:

σόμενα ἀποίθει ον ὄνομά σοι τὸ κατὰ τῶ[ν] ζ'· Αεηιουω, Ιαυωηεαω, Ουεηωια· εἴρηκά σου τὸ ὄνομα ἔνδοξον, ὄνομα τὸ κατὰ πάντων τῶν χρειῶν. Χρημάτισον τῷ δεῖνα [1]) *εὔβρε θεὲ, τὸ* □ [2]) *τοῦτο, τούτῳ καὶ Ἀπολλώβηξ ἐχρᾶτο.*

Ὀνειροπομπός Ζμείνιος [3]) *Τεντυρείτου. Λαβὼν ὀθόνιον καθα[ρὸ]ν, καὶ κατ' Ὀστάνην* [symbol], *γράψον εἰς αὐτὸ ἀνθρωποειδὲς ζώδιον, καὶ πτερὰ δ', κ[αὶ τ]ὴν μὲν λαιὰν χεῖρα ἐκτετακότα* [4]) *σὺν τοῖς ἀριστεροῖς πτεροῖς β', τὴν δὲ ἑτέρ[α]ν [κεκ]αμμένην ἔχοντ[α]* [5]), *καὶ τοὺς δακτύλους κεκαμμένους, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς βασίλει[ο]ν, καὶ ἱμάτιον περ[ὶ] τὸν πῆχυν, καὶ β' ἕλικες* [6]) *ἐν τῷ ἱματίῳ, ἐπάνω δὲ τῆς κεφαλῆς κέρα[τ]α ταύρου, πρὸς δὲ τοῖς γλουτοῖς πυγὴν ὀρνέου πτερωτὴν, ἔστω δὲ ἡ χεὶρ δεξιὰ προσέχουσα τῷ στομάχῳ, κεκλεισμένη, ἐφ' ἑκατέρου δὲ τοῦ σφυροῦ ξίφος ἐκτεταγμ[έν]ον* [7])· *ἐπίγραφε εἰς τὸ ῥάκος καὶ τὰ ἓξ* □ [8]) *τοῦ θεοῦ, καὶ ὅσα θέλεις ἰδεῖν, τὸν καὶ ὡς Χαλαμανδριωφ, Ιδεαρζω, Θρεδαφνιω, Ερθιβελνιν, Ρυθαδνικω, Ψαμορίχ· ὑμῖν λέγω, καὶ σὺ μέγα δυναμένωι* [9]) *δαίμον* [9]) *πορεύθητι εἰς τὸν τοῦδε οἶκον, καὶ λέγε αὐτῷ τάδε· εἶτα λαβὼν ἀμιλτωτον λύχνον, ἄγραφον, ἐνλυχνιάσας* [10]), *πλῆσον κεδρίᾳ* [11]), *ἅψας τε ἐπίλεγε τὰ ὑποκείμενα* □ [12]) *γ̄ θεοῦ· Χαλαμανδριωφ, Ιδεαρυωθ, Θρεδαφνιω, Ερθαβεανιγ, Ρυθανικω, Ψαμμοριχ, τὰ ἅγια τοῦ θεοῦ* □ [12]), *ἐπακούσατέ μου, [κ]αι σὺ ἀγαθὲ δαίμων* [13]), *οὗ κράτος μέγιστόν ἐστιν ἐν θεοῖς, ἐπάκουσόν μου, πορευθεὶ[ς] πρὸς τὸν δεῖνα* [1]) *εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὅπου κοιμᾶται, εἰς τὸν κοιτῶνα αὐτοῦ, καὶ παραστάθητι αὐτῷ φοβερὸς, τρομερὸς, μετὰ τῶν τοῦ θεοῦ μεγάλων καὶ κραταιῶν* □ [14]) *καὶ λέγε αὐτῷ τόδε· ἐξορκίζω σε, τὴν δύναμίν σου, τὸν μέγαν θεὸν* $\overline{\text{Σηϊθ}}$, *τὴν ὥραν ἐν ᾗ ἐλέχθης μέγας θεὸς, τὸν* [symbol], *τὸν [ἔ]νθεον, τὰ τξέ ὀνόματα τοῦ μεγάλου θεοῦ, πορευθῆναι πρὸς τὸν δεῖνα* [1]) *ἐν τῇ ἄρτι ὥρᾳ* [15]) *ἐν τῇ ἄρτι νυκτὶ, καὶ λέγειν αὐτῷ κατ' ὄναρ τόδε; ἐάν με παρακούσῃς καὶ μὴ πορεύθῃς πρὸς τὸν δεῖνα* [1]) *ἐρῶ τῷ μεγάλῳ θεῷ,*

Columna 5ª.

κ[αὶ]. είσας σε κ[α]τακόψει μελεϊστὶ, καὶ τὰ κρατεά σου δώσει φάγ[ειν] τ[ῷ] ψωριῶντι κυ[νὶ], τῷ ἐν ταῖς κοπρίαις καθημένῳ· διὰ τοῦτο ἐπάκ[ουσόν] μ[ο]υ, [ἤ]δη, β', ταχὺ, β', ἵνα μὴ ἀναγκασθῶ ταῦτα ἐκ δευτέρου λέγειν.

Ὀνείρου αἴτησεις [16]).

Ἀ[κ]ριβὴς εἰς πάντα γράψον εἰς βύσσινον ῥάκος αἵματι ὀρτυγίου θε[ὸ]ν . . . ην [17]) *ὀρ[θ]ὸν, ἰβιοπρόσοπον* [18]) *ἐπὶ τὰ* $\overline{\text{ζζ}}$, *ἐπίγραψον καὶ τὸ ὄνομα, καὶ ἐπίλεγε τὸν [λόγ]ο[ν]·*

---

1) In Pap. [symbol]. 2) i. e. *ὄνομα.* 3) l. *Ζμίνιος Τεντυρίτου.* 4) l. *ἐκτετακός.* 5) l. *ἔχον.* 6) l. *ἕλικας.*
7) l. *ἐκτεταμένον.* 8) i. e. *ὀνόματα.* 9) l. *καὶ σὺ μέγα δυνάμενε δαίμον*, aut *σοὶ μέγα δυναμένῳ δαίμονι.*
10) *ἐλλυχνιάσας.* 11) l. *κεδρίας.* 12) i. e. *ὀνόματα.* 13) l. *δαίμον.* 14) i. e. *ὀνομάτων.* 15) In Pap. [symbol]
16) l. *αἴτησις.* 17) In Pap. $\bar{\eta}$ 18) l. *ἰβιοπρόσωπον.*

Veni ad me o domine, habens potentiam, invoco te, super spiritus ordinatos deum deorum, ostende mihi in somnis hocce. Obtestor te per patrem Osirin et Isin matrem tuam, ostende mihi formam tuam, et de iis quae volo admone. Nomen tibi ÉHOUATHIPS, RÉPNO.E, NESTÉR, DIOCHASBARA, ZARACHÓ, quem vocant BALCHAM, admone num de hocce, de omnibus certus fiam.

Divinatio. Nomen magnum invocabis in magna necessitate, in capitalibus et necessariis negotiis, nisi te ipsum accusaveris. Insuper dic ter IAO, deinde dei nomen magnum. Invoco te, PHTARA, PHTAIÉ, PHTHAOUN, EMÉCHAERÓCHTH, BARÓCHTHORCHTHA, THÓMCHA, IEOUCH, ARCHANDABARÓ, EAEÓN, IÓN, ÉRAÓN, ÉLÓPH, BOMPHTHA, ATHABRACHIA, ABRIAUÓTH, BARBAR, BELÓCHA, BARBAIAÓCH, GENESTHÓ, BAPLAMÉ, AUGÉ, ABLANATHANALBA, ARASILOUA, AKRAMMACHAMAREI, THÓTHÓRATHÓÓPÓ; accede domine et admone.

Accedet deus serpentis vultum habens, et respondebit tibi; quando vero demiseris, sacrifica senium serpentis. Si vero velis sane mali quid facere et ipse liberari a periculo, stans prope januam dic orationem, et dicens exieris pergens: solvantur vincula talis, et apperiantur ipsi januae, et nemo ipsum videat. Documentum autem quod fiat (est hoc): postquam bene ligaveris quemdam facium fasciculum include in domo, et extra stans dic orationem sexies aut septies sic: Invoco vos magni dei magna voce, AISARBAIÓTH, OUAIGNÓR, MARSABÓ, OUTÓRTHTH, LABATHERMOU, CHOÓRTHEN, MANACHTHÓR, PHPECHRÉPH, TAÓ, PH.ÓTH, ÓCHOTHARÓCH, BALETHAN, CHEBRÓOUTHAST, ADÓNAI, ARMIÓTH. Postquam hancce orationem dixeris, et solutus fuerit, porro dic haec, ut januae aperiantur: OCHLOBARACHÓ, LAIL... DARIDAM, DARDAM, DARDARAMPTOU, IARTHA, IERBADIERBA, BARÓTHA, THIARBA, ARBITHÓ..Ó, MAAR, SEMESILAM, MARMARA, CHNEUMANETÓTH; sancte adveni et solve talem, et da ipsi viam exitus...... BARPHARAGGÉS, solvens omnia vincula, et solvens quod circumjacet ferrum tali, quoniam jubet te magnus et ineffabilis, et sanctus, et justus, et horrendus, et potens, et non pronuntiandus, et terribilis, et non despiciendus magni dei daemon, SOROERMER, PHERIARBAX, MAMPHRI, OURIZ...; quando vero rupta fuerint vincula, dic: gratias ago tibi, domine, quod mihi solvit sacer spiritus, unigenitus, vivens; et iterum dic orationem: ASTRABON, THEEKERAUNO MEGALONOZÉNO, PERATO, KOSMOLAMPROBÉLO, PLOUTODAIMÓN

Ἔρχου μοι οδτεψα [1]) *ὁ ἔχων τὴν ἐξουσίαν, ἐπικαλοῦμέ σαι* [2]) *τὸν ἐπὶ τῶν [πν]ευμάτων τεταγμένων θεὸν θεῶν, δεῖξαι μοι καὶ* [3]) *ὕπνους τόδε· ἐξορκίζω [σε] κατὰ τοῦ πατρὸς, τοῦ Ὀσίριδος, καὶ Ἴσιδος, τῆς μητρός σου, δεῖξαι μοι τ[ὴν μ]ορφήν σου, καὶ περὶ ὧν θέλω χρημάτισον· ὄνομά σοι Ηιουαθιψ, Ρηπνο.ε Νερτηρ, Διοχαςβαρα, Ζαραχω, ὃν καλοῦσι Βαλχαμ, χρημάτισον εἰ περὶ τοῦδε, περὶ πάντων πυνθάνω.*

Θεομάντιον. Ὄνομα μέγα ἐπικαλέσῃ ἐπὶ μεγάλης ἀνάγκης, ἐπὶ κεφαλικῶν καὶ ἀναγκαίων πραγμάτων, εἰ μὴ σεαυτὸν αἰτιάσῃ. Προςεπίλεγε γ' τὸ Ιαω, εἶτα τοῦ θεοῦ ὄνομα τὸ μέγα· ἐπικαλοῦμέ σαι [2])*· Φθαρα, Φθαιη, Φθαουν, Εμηχαερωχθ, Βαρωχθορχθα, Θωμχα, Ιεουχ, Αρχανδαβαρω, Εαεων, Ιων* [4])*, Ηραων, Ηλωφ, Βομφθα, Αθαβραχια, Αβριανωθ, Βαρβαρ, Βελωχα, Βαρβαιαωχ, Γενεσθω, Βαπλαμή, Αυγη, Αβλαναθαναλβα, Αβρασιλουα, Ακραμμαχαμαρει, Θωθωραθωωπω· εἴσελθε κύριε καὶ χρημάτισον.*

stinctus et, infra discum caput dei Shu, quo nomine alia forma dei Phre, sive solis vocatur, extensis bracchiis ex eodem semicirculo apparens. Supra caput dei cernitur scarabaeus, solis symbolum: *ὁ μεσουρανῶν τύραννος*. *ΦΩΡΕΙ* Reuvensius, l. c. pp. 14, 15 conjicit nomen Aegyptium Solis, Thore intelligi, literis *Θ* et *Φ* permutatis, aut ipsum nomen Phre; sed comparandum potius putamus Copticum ⲫⲟⲣⲓ, idem quod ⲫⲓⲣⲓ, *splendor*, *splendens*, quae appellatio certe Soli optime convenit. Comp. hieroglyphicum pu, pir, *coelum matutinum;* peri *egrediens*, *oriens*, de sole, luna et stellis apparentibus. Coelum orbitam solis non cognoscens, dictio est Gnosticorum scholam redolens. Cf. Reuvensius, op. cit. p. 14.

Vs. 6. *μεσουρανῶν τύραννος*, scarabaeus dicitur, qualem supra dei caput volitantem modo ex Aegyptiorum monumentis citavimus. *Μεσουρανεῖν* verbum Alexandrinis proprium pro *μεσημβριάζειν*, *ὑπὲρ κεφαλῆς ἑστάναι.* Sturz, *De dial. Maced.* p. 106, et quos citat Reuvensius, *Lettres* I, 15, nota *b*.

Vs. 8. *ἤλλαξαν* non *ἠλλάξαντο*, nam lacuna, quam suspicatus erat Reuvensius, *Lettres* I, 16, nulla adest; *dominum coeli perdiderunt*, i. e. *dominus coeli periit.* De significatione hac verbi *ἀλλάσσειν*, ex Orientalium linguarum indole petita v. Schleusneri *Lexicon* in v. — Ceterum quod inde a vs. 4—8 omnes illae calamitates jam accidisse dicuntur, proprie accipiendum est de iisdem mox eventuris, nisi deus propitius sit imprecanti; vidd. vss. 16 sqq. Ejusmodi autem minis (*βιαστικαὶ ἀπειλαι*, vocantur apud Iamblichum) Thaumaturgi utebantur, ut daemonum genus *ἄκριτον καὶ ἀλόγιστον* terrore sibi obediens redderent. Vid. Iambl., *De Mystt.*, VI, 5.

Vs. 12. *ἀνάγκασον αὐτοὺς — εἰςάφσαντα.* Fortasse hac ratione emendandum: *ἀνάγκασον αὐτοὺς ποιῆσαι ἀεὶ ἃ*, (vel *ὅσον*) *ἰσχυρὰ καὶ κράτα δύνανται τὰ ὑπ᾽ ἐμοῦ γραφόμενά τε καὶ λεγόμενα εἰςάπαν* (vel *εἰς ἁπάντα χρόνον*, ut legitur vs. 27), *coge eos facere semper fortiter et vehementer quantum possunt*, *quaecumque scribuntur aut dicuntur a me in omne tempus.*

Vs. 14. *ΦΟΥΡΕΙ — ΑΔΩΝΑΙ.* Sunt Voces Hebraeae, qualibus uti solebant exorcistae ad terrorem daemonibus injiciendum. Eodem consilio in redemtionis formulis Marcosii nominibus Hebraeis utebantur. Vid. Iren., *adv. Haerr.* I, 18, § 2.

Vs. 15. *ποίησον αὐτοὺς ἐν[φο]βοῦσιν τρόμους.* Locus conturbatus, fortasse hoc modo restituendus: *καὶ ποίησον αὐτοῖς ἐνφόβους τρόμους*, *ἐπτοημένους τὰς φρένας* (i. e. *τρόμους ἐπτοημένους κατὰ φρένας*), vel *ἐπτοημένας φρένας ποιήσας διὰ τὸν φόβον σου.* *Et fac*, *causa ipsis terrentes tremores*, *pavidas mentes reddens*, *per timorem tui.*

Vs. 17. *τὴν οἰκουμένην. Οἰκουμένη* sc *γῆ*, est *terra habitata*, *orbis terrarum*. Cf. adn. ad Horapoll. *Hierogll.* I. 14, pag 198.

Vs. 18. *ἀπαραβάτως. Sine ulla omissione*, *probe*, *accurate;* aut *non per alium* sed *ipse* exsequere mandata mea.

Vs. 20. *κατέχοντος τὸν κ. σ..ν.* legendum *κόσμον*, cf. infra vs. 32. *Τὰ τέσσαρα θεμέλια*, *quatuor fundamenta*, vel *bases*, zonae fortasse intelliguntur quatuor, sive *στερεώματα*, in quas totum mundum Aegyptii divisum esse statuebant, auctore Stobaeo *Ecll.* I, p. 1076, 1082. V. Reuvensius, *Lettres*, I. 29, 30.

Vs. 23. ..*πίσθως μοι τοῦ δεῖνα ἢ τῆς δεῖνα, ἀφ' ἧς ἀν[αγκ]άζωμαι.* Omissa videtur praepositio *ἀπό*. — Fac *πάντας στρέφεσθαί μοι* (vel *εἰς ἐμὲ*) *ἀπὸ τοῦ δεῖνα* etc.; nam quae sequuntur *ἀφ' ἧς ἀναγκάζομαι*, vetant ut *μοὶ* (*τῷ υἱῷ*) *τοῦ δεῖνα* cett. intelligamus. Formula *ὁ δεῖνα ἢ ἡ δεῖνα*, saepius in Pap. nostro obvia, usurpatur ad personam indicandam incertam, nullo nomine addito; veluti nos duplici *N* utimur; ubi autem adversus certam personam exorcismum instituere volebat aliquis, illius nomen erat inserendum.

ἐν τούτῳ τῷ παραψιμῳ κατ' ἐπιτα[γ]ήν, etc. quid haec sibi velint non capio. Locum delineatum exhibet Tab. I, n. 3.

Vs. 24—26. *ΙΑΩ*, *ΑΔΩΝΑΙ*, *ΑΒΛΑΝΑΘΑΝΑΛΒΑ* — *ΒΕΑΤΕΠΙΑΧ* — *ΣΕΜΕΣΙΛΑΜΠΕ*; phrases ex Hebraeorum lingua petitae, et preater quartam, *ΒΕΑΤΙΑΧ*, in gemmis Gnosticorum frequenter obviae: *ΙΑΩ* apud Matter, *Hist. du Gnostic.* Pl. II. B. 8; III. 1; IV. 8, 9; V. 2; VI, 3; VIII, 4, 6; IX, 1, 5; X, 1, 2, 3, cett.; *ΑΔΩΝΑΙ*, ibid. IV. 4, 8, 9; *ΑΒΛΑΘΑΝΑΛΒΑ*, ibid. I, E. 10; II, B. 7; III, 6; IV, 7; V, 8, 9; VI, 6; VII, 8; *ΣΕΜΕΣΙΛΑΜΠΕ* (vel *ΣΕΜΕΣΕΙΛΑΜΨΕ*), ibid. I, E. 10; I, F. 5; II, A. 3; III, 7, cett. Prima vox, *ΙΑΩ*, *ΙΑΩΝ* (v. *col.* 2. vs. 1) vel *ΙΩ* (*col.* 3. vs. 17), convenit quidem cum Aegyptiorum ιοϩ, vel οοϩ, qua *Luna* et deus *Lunus* indicantur, sed petenda videtur ex Hebraeorum יה, vel יהוה; *Jalve*; secunda, ארני; *Dominus*; Tertia, quae bis eandem phrasin continet, *ΑΒΛΑΝΑΘ*, ita junctam ut sine discrimine, sive sinistrorsum, sive dextrorsum legere possis, explicatur ex Hebraeorum אב לנו אתא, *Pater nobis tu* (*es*) (v. Matter, op. cit. *Expl. d. Pll.*, p. 17); quarta, *ΒΕΑΤΕΠΙΑΧ*, comparari fortasse possit cum vocibis Hebraeis בלתי פיה i. e. *sine acie;* quinta denique, *ΣΕΜΕΣΙΛΑΜΠΕ*, explicatur שמש עלם יה, *Sol ad ipsum* (vid. Matter, *Op. cit. Expl. d. Pll.*, p. 17).

Vs. 27. *Λόγος γ' ἐπὶ τῆς αὐτῆς θυσίας*, nempe 3° die, vid. *col.* 1. vs. 36.

Vs. 28. *θεοὶ οὐράνιοι.* — *ἐπιχθόνιοι.* Quomodo *θεοὶ ἐπίγειοι* et *ἐπιχθόνιοι* hîc differant non video; corrigendum fortasse *ὑποχθόνιοι*, aut *ὑπόγειοι*,

ὑπόγαιοι, *dii subterranei*, *inferi*. Ita in Porphyrii *Ep. ad Aneb.*, § 3 nominantur *θεοὶ χθόνιοι καὶ ὑποχθόνιοι*, *ἐνύδριοι καὶ ἀέριοι;* apud Iamblichum, *de Mystt.* VIII. 2 fine *αἰθέριοι*, *καὶ ἐμπύριοι*, *καὶ ἐπουράνιοι*.

Vs. 30. *δοῦναί μοι χάριν — πρὸς πάντας*. Cf. *Pap.* D, *col.* 1. vss. 9 et 25, et *Pap.* K, vss. 9, 10; ubi in votis numerantur: *χάρις*, *ἐπαφροδισία*, *μορφή*, *πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τὴν βασιλίσσαν*, *εὐημερία καὶ εὐτυχία*. Vid. Reuvensius, *Lettres* I. 18; III. 101 — *ἀνθρώπους* ponitur pro *ἄνδρας* vid. vs. 3.

Columna 3ª.

Vs. 1. *ΣΑΒΑΩΘ — ΑΒ[ΡΑΞ]ΑΣ*. *ΣΑΒΑΩΘ* Hebraeum est צבאות, *exercitus* et, per ellipsin nominis אלהי, *deus exercituum*. Altero *ΑΒΡΑΞΑΣ*, sive ut interdum quoque scribitur *ΑΒΡΑCΑΞ*, vel minus correcte *ΑΒΡΑCΑC*, Basilides Gnosticus eiusque discipuli utebantur ad summum numen indicandum. Vid. Iren. *adv. Haerr.* I. cap. 23 fine. Diversas nominis explicandi rationes memorat Matter, *Hist. du Gnost.* II. 49 sqq.; addi possit alia explicatio ex lingua Aegyptiaca petita: ⲁϥ vel ⲁⲃ — ⲣⲁ — ⲥⲁϫⲓ *caro factum est verbum;* qua certe tollitur doctissimi de historica Gnosticorum scriptoris dubium, in reliquis explicationibus sensum non satis novum et mysticum inesse observantis (vid. op. cit., p. 51). Ceterum propterea quoque nomen *ΑΒΡΑΞΑΣ* adoptarunt Gnostici, quoniam literae *Α* = 1, *Β* = 2, *Ρ* = 100, *Α* = 1, *Ξ* = 60, *Α* = 1, et *Ξ* = 200, supputatae, numerum efficiunt 365, totam seriem *coelorum*, *οὐράνων*, *emanationum divinarum*, complectentem; vid. Irenaeus l. c. — In Gnosticorum lapidibus nomina *ΙΑΩ*, *ΣΑΒΑΩΘ*, *ΑΔΩΝΑΙ*, *ΑΒΡΑΞΑΣ*, saepissime inveniuntur; vid. v. c gemma apud Matter, *op. cit.* Tab. III. fig. 5, in cujus anteriori parte Harpocrates cernitur loto insidens; in posteriori parte leguntur nomina: *ΙΑΩ*, *ΣΑΒΑΩΘ*, *ΑΒΡΑCΑC;* in alia, tab. IV. 4, *ΙΑΩ ΑΒΡΑCΑΞ* et in parte posterior *ΑΔΩΝΑΙ*; tab. III, fig. 1, *CΑΒΑΩΘ*, *ΙΑΩ*; et tab. VIII. fig. 4, *ΙΑΩ ΑΒΡΑΣΑΞ*.

Vs. 2. *ἐπὶ τὰς γ' ἡμέρας*, *in*, *versus tres dies*, sed malin legere *ἐπὶ τῆς γ' ἡμέρας*, i. e. *tertio die*.

Vs. 4. *εἰς ἃ χρήζεις*, i. e. *ad ea impetranda quae desideras*. In sequenti versu lacuna post *παρακείμενα* supplenda videtur *μετάγραφε*, id est *iis quae jam scripsisti*, *adscribe;* primum in tabella scribenda est oratio, exorcismus, (proprie exorcismi pars quae vss. 6—11 continetur); deinde adscribendum quodcumque fieri velis; cf. vs. 11, *ὅσα θέλεις γράφε εἰς τὸ πιττάκιον σὺν τῷ λόγῳ*.

Vs. 6. *Σαμμώθ κ. τ. λ.* Tres priores voces ex Hebraeorum, reliquarum vero plurimae ex Aegyptiorum lingua petitae videntur, *ΣΟΡΦΗ* sane Coptico ⲥⲁⲣϥⲉ, *palmites*, *propagines*, Aegyptiorum veterum, srpt, srpti, plane respondet; comparetur quoque srf, *calor vitalis*. In sequenti *ΣΕΟΥΡΦΟΥΘ* idem nomen, aut forma aliqua verbi ⲥⲣϥⲉ, ⲥⲣⲟϥⲧ, vel ⲥⲣⲱϥⲧ, *vacare*, *operam dare*, latere possit; *ΜΟΥΗΙϹΡΩ* in priori parte Copticum ⲙⲟⲩⲓ, *splendor*, *leo*, offert. Sed etymologiis campus nimis vastus ita aperitur, quam ut latius in eo exspatiari audeamus. Certiora sunt *ΟΥΣΟΥΣΕΙΡΙ* et quae sequuntur, in quibus Osiridis, Nephthydis (?), Satae, Isidisque nomina facilius agnoscimus. *ΒΙΒΙΟΥ*, *ΒΙΒΙΟΥ*, *ΣΦΗ*, *ΣΦΗ*, sive, ut in Pap. Demotico bilingui, I. 383, *col.* 2. vs. 6, scribitur, *ΖΒΕ*, *ΣΒΗ*, in fine sententiae addita, respondent Graecis *ἤδη*, *ἤδη*, *ταχὺ*, *ταχύ*, vid. *col.* 13. vs. 13, et supra adn. ad *col.* 2. vs. 4.

Vs. 9. *τὸν δεῖνα, τῆς δεῖνα.* Vid. supra ad *col.* 2, vs. 23; matris quoque nomen inserendum, ex Aegyptiorum consuetudine, qui, ut probe de aliquo constaret, quum multas saepe uxores duxisset pater, matris nomen plerumque addebant, ipso patris nomine quoque omisso. Conf. Reuvensius, *Lettres* etc. III. 10; Exempla ex contractu Demotico petita vide apud A. Peyron, *Papp. Graeci*, I. pgg. 61 et 132; et in titulo sepulchr. Graeco Aegyptio, in Museo Antiquario, V. 129, quem explicavimus in *Animadvv. in Mus. Ant. L. B. inscriptiones*, p. 27.

Vs. 10. *παρομοιωθεὶς ῷ σέβεται θεῷ ἢ θεᾷ.* Amori jubetur ut formam induat istiusmodi dei, deaeve, qui a persona adversus quam operatur exorcista, coluntur; cf. supra *col.* 2. vs. 4. Secundum Iamblichum, *De Mystt.*, VI. 6, ipse theurgus minis erga Deos utebatur eosque sibi obedientes reddebat, *διὰ τὴν πρὸς θεοὺς ἕνωσιν, ἣν πάρεσχεν αὐτῷ τῶν ἀποῤῥήτων συμβόλων ἡ γνῶσις.*

Vs. 11. *ἐγερθεὶς ἐκ θάμβος* (l. *θάμβους*). — Dubium videri possit an ad sequentia, *ἐξορκίζω* cett. haec potius pertineant. Sed prioribus jungenda putamus; *exorcista ex stupore*, vel vehementi animi commotione, post priorem exorcismi partem pronuntiatam, *expergefactus, quae desiderat* tabellae inscribere debet.

Vs. 12. *κατὰ τοῦ καὶ κατ' ἐπιτίμου ὀνόματος.* Omissum videtur *ἁγίου, κατὰ τοῦ ἁγίου καὶ κατ' ἐπιτίμου ὀνόματος* vid. *col.* 4. vs. 27; aut *μεγάλου*, vid. ibid. vs. 10; et *col.* 5. vss. 13, 15. In seqq. pro *πᾶν χθὼν* legendum fortasse *πᾶσα χθών*, ex praecedentibus intellecto *ὑπόκειται*, aut, omisso *ὑπακούει*, *πείθεται;* sed dubito an in Papyro legatur *ΠΑϹΙΧΘΩΝ*, et accipiendum sit proprium aut mysticum nomen, ut reliqua quae sequuntur, ex peregrina lingua petitum.

Vs. 13. *ΑΜΗΝ.* Est Hebraicum אמן *Verum*, *Vere;* cui et ipsi mystica vis et significatio hic adscribuntur.

Vs. 13. *ἤδη, β'*, *jam* bis, pro *jam jam*. Vid. supra ad *col.* 2. vs. 4.

Vs. 14. *ὁ ἐπὶ τοῦ λώτου καθήμενος*. Vid. ad *col.* 2. vs. 1. Deus in loto sedens et orbem illuminans est Phre sive sol Aegyptiorum, cui jam Amor adsimilatur. *Καθέζῃ — κορκοδειλοειδής*, l. *κροκοδειλοειδής*, *crocodili formam* habens; de crocodilo apud Aegyptios solem in capite gestante cf. Clem. Alex. *Stromm.* V. 7, pag. 670, Potteri; et Euseb., *Praep. Euang.* III. 11; ob ea quae sequuntur, *ἐν δὲ τοῖς πρὸς νότον μέρεσιν*, conjeceris hic deesse *ἐν τοῖς πρὸς βορῥᾶν μέρεσιν*. — Serpens alatus, nam pro *πτεροειδής* certo corrigendum *πτερόεις* aut *πτερωτός*) in Papyris, in quibus cursus solis in Inferis describitur, Sectione II[a] exhiberi solet, ibique deum Phre, aut certe ejusdem formam quamdam puriorem, comitatur. Vid. *Descr. Rais. des Monn. Egg. du Musée*, I. 71, pgg. 254 sqq.

Vs. 19. *ὁ συνηντήσας* l. *ὁ συναντήσας*, aut potius *ᾧ συνήντησας*, ob sequens *ἐδωρήσω*, qua ratione ad deum referatur, *Ego sum ille cui obvius factus es. Τὸ ἱερὸν ὄρος*, Reuvensius, *Lettres* c. I. 22, intelligit de caverna in monte aliquo ubi operationes magicae peragebantur aut peragi fingebantur; sed quum quae in prioribus dicta sunt solem fere omnia spectent, potius intellexerim de monte solari, aut coelesti, qui in Papyris funerariis saepius visitur.

Vs. 20. *τὴν τοῦ μεγίστου 'Ονσοῦ γνῶσιν*. Intelligi videtur Aegyptiorum numen Hons sive Chons, et omissa adspiratione Ons, Amonis et Neithae filius, qui et ipse in loto sedens exhibebatur eodem modo atque Horus aut Harpocrates, minores ejusdem dei emanationes sive formae. Vide *Descript. rais. des Monn. Égyptt. du Musée*, A. 258; Reuvensius, *Lettres*, I. 20, 21.

Vs. 23. [*Τ*]*ὰ παρὰ 'Ημερίου*, intelligitur *παραλαβόμενα* aut simile quid. Hemerius ille quis fuerit non constat. Altera saeculi IV[ti] Post C parte floruit Himerius, cujus, ut notum est, *Declamationes* tres supersunt; quem tamen hic designari non facile quis affirmaverit, praecipue ob primae nominis literae differentiam. Ceterum, ob articulum plurali numero usurpatum, sequentem quoque sectionem, *'Εργαστήριον εὐπράσσειν* ex ejusdem Hemerii scriptis petitam putamus, ita ut quae initio vs. 24 leguntur, *Τυφωνίου μέλανος γραφή* titulum constituant prioris §phi.

Vs. 24. *γραφή*. Incertum utrum *scriptionis*, *picturae*, an *formulae* significatione sit accipiendum. Priori ratione indicaret, quomodo nigro sive atramento Typhonio scribendum vel pingendum esset; sed quum de eo nihil ulterius tradatur, de altera significatione potius cogitaverim; ita ut, quomodo Typhonium atramentum praeparandum sit hac sectione doceatur, et *γραφή* pro *γραμματεῖον* dictum sit.

'Ανεμ[*ών*]*ης φλογείτιδος*, posterior vox in lexicis non invenitur; cor-

rigendum fortasse *φλογίνης*, ut intelligatur *Anemones flammeae* species.

Vs. 25. *ἀκάνθου 'Αἰγυπτίας*, Acanthus, sive Acantha Aegyptia, quae apud Theophrastum memoratur, est *Mimosa Nilotica* Linnaei; cf. Schneideri, *Lex.* in voce.

Vs. 26. *κόμεως ὀμβρίου*, l. *κόμμεως*, fortasse est *Gummi* species, ex Umbria petita, *Gummi Umbrii*.

'Εργαστήριον. *Formulam* hic indicat *remedii* quo felicitas obtineatur; verbum *ἐργάζεσθαι* saepius de operationibus magicis et theurgicis usurpatur, quales a scriptoribus sacris et Patribus ecclesiae *περίεργα* vocantur.

Vs. 28. *'Αμούν*. Quod sequitur compendium fortasse est vocis *ἅγιον*.

Vs. 30. *ὁ μέγας θεός*, hic ut vs. 32, *δαίμων ἀγαθός*, nominativus pro vocativo ponitur.

πρᾶξιν hic et in vs. 32 *operationem* inprimis *magicam* significat, vid. *col.* 1. vs. 1, idem fere quod vs. 33 *ἐργασία* vocatur.

Columna 4ª.

Vs. 1. *'Ονειροπο[μπὸς] 'Αγαθόκλευς*, l. *'Αγαθοκλέους*. Primam vocem ita supplendam probat titulus Sectionis sequentis, vs. 14. Quisnam Agathocles iste fuerit, haud constat; plures ejusdem nominis apud scriptores veteres memorantur, sed qui de historia, de re rustica, aut de historia naturali scripserunt, quum ille qui hic memoratur, ad scriptores de re magica referendus videatur. Ceterum *'Ονειροπομπόν* Democriti, ex hujus libro *de Chamaeleone*, memorat Plinius, *H. N.* XXVIII. 29 med.

Vs. 2. *αἴλουρον ὁλομέλανα*. Memorari fortasse meretur, apud nostrates adhucdum inveniri homines superstitiosos, qui felem nigram timent, ut magarum veneficarumque comitem et ministram. Vocem sequentem conjectura satis certa *βιοθάνατον* restituimus.

ἐνγράψας (l. *ἐγγράψας*) *τὰ ὑποκείμενα* $\overline{ZZ}$. Idem compendium infra *col.* 5. vs. 6 iterum legitur. Reuvensius *ἀριστερᾶς*, aut *ἐπὶ τὰ ἀριστερά* explicandum conjiciebat, oppositum altero, infra vs. 16 et *col.* 6. vs. 4, ex *ζ* et *ρ* ut videtur conflato, et *δεξιᾷ* vel *ἐπὶ τὰ δεξιά* significante. Sed potius hic, ut et in *col.* 5, compendium ex duabis literis *ζ* compositum hic numerum *septem*, in plurali accipiendum putaverim, et intelligendum de septem vocalibus, *α.ε.η.ι.ο.ω.υ*, ita ut sit supplendum *τὰ ἕπτα στοιχεῖα*, *septem vocales* quae infra vs. 5 memorantur. In altero loco, *col.* 5. vs. 6 pro *ἐπὶ τὰ* $\overline{ζζ}$, legerim *ἔπειτα τὰ* $\overline{ζζ}$, ita ut sit *ἔπειτα τὰ ἕπτα στοιχεῖα*, cet.

ὄν.... ομπε..αι. Si *ὄνειρον πέμψαι* legi debet, praeter lacunam error

quoque scribentis admittendus, quo *μ* pro *ν* exaratum fuerit; legi quoque possit: *ὄνειρον ἔμπεσαι*, pro *ἐμπεσεῖν*, *quodcumque vis somnium incidere*, *injici.*

Vs. 3. *ὁ ἐν .... τι κεί[με]νος*, supplendum fortasse *ἐν στόματι κείμενος.*

Vs. 6. *ΑΚΡΑΜΜΑΧΑΜΑΡΙΑ*, *col.* 6. vs. 9 est *ΑΚΡΑΜΜΑΧΑΜΑΡΕΙ.* In gemma Gnostica apud Matter, *Hist. du Gnost.*, Tab. III. n. 6 (*Expl. des planches*, pg. 59) eadem haec duo *ΑΒΛΑΝΑΘΑΝΑΛΒΑ* et *ΑΚΡΑΜΑΧΑΜΑΡΙ* leguntur.

Vs. 11. *ὄνο*μα *λέγειν*, prioris vocis ultimas literas omissas restituere possumus ex *col.* 5. vs. 14 et *col.* 6. vs. 13.

Vs. 12. *ὁ πᾶς ἄγγελος κ.τ.λ.* Haec et sequentia ita fortasse restitui possunt: *ὃ πᾶς ἄγγελος ἀκούων τὰ ἐπιτασσόμενα ποιεῖ, τὸ θεῖον ὄνομά σου, τὸ κατὰ τῶν ζ'*, *nomen quod audiens omnes angeli jussa faciunt*, *divinum nomen tuum quod effertur per septem vocales.* Nomen illud septem vocalium, quae singulae unum septem coelorum indicabant, ex Marci doctrina (vid. Matter, *Hist. du Gnost.*, II. 168, nota 4), saepissime in gemmis Gnosticis invenitur, vid. vb. c. Matter, *Tab.* I. F. 1, 7 et alibi.

Vs. 14. *κατὰ πάντων τῶν χρειῶν*, omissum videtur *χρήσιμον*, *ὠφέλιμον*, *ἰσχυρόν*, *κραταιόν* aut simile quid. Compendium vocis *χρημάτισον*, quod sequitur, ex *χ* et *ρ* conflatum comparato vs. 7 enucleari potuit.

ευβρε θεέ, haereo utrum in Pap. *κυβρε* scriptum fuerit, quum fissura literae pars perierit. Quid significet nescio; an forte primum voluerit scriptor *εὑρέθη τὸ ὄνομα τοῦτο ὑπ' Ἀπολλώβηκος*, *inventum fuit nomen hoc ab Appollobece*, deinde phrasi mutata, correxerit *τούτῳ* (intellecto *τῷ ὀνόματι*) *καὶ Ἀπολλώβηξ ἐχρᾶτο? nomine hoc Apollobex quoque uti solebat.* Appollobex, vel Appollobeches Coptites memoratur inter scriptores de re magica, ejusque scripta a Democrito illustrata fuisse dicuntur a Plinio, *Hist. Nat.*, XXX. 2. Nomen ejus compositum ex duobus nominibus: Graeco, *Ἀπόλλων*, et Aegyptiaco *ΒΗΞ*; posterius est Aegyptiacum b a k, ⲃⲏϫ, sive ⲃⲏϭ, proprie *accipiter*, Hori, sive Apollinis Aegyptiorum inprimis Symbolum. Eadem haec vox cernitur in nomine PABECI, ⲡⲁⲃⲏϭ, vel ⲡⲁⲃⲏϫ, patris Hori cujusdam in inscriptione Musei Wallrafiani Coloniensis, in *Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande*, Voll. V et VI p. 317, n. 95, edita.

Compendium vocis *ὄνομα*, quod $\overline{\square}$ et $\overline{\text{w}}$ in Pap. scribitur, ex *ω*, seu w, linea transversa superducta, compositum esse videtur.

Vs. 15. *Ὀνειροπομπὸς Ζμείνιος Τεντυρείτου*, Zminis hic, ex urbe Tentyra alius fortasse fuit de re magica scriptor, de quo, quod sciam, aliunde nihil constat. Nomen Aegyptium invenitur quoque in *Antigrapho Greyano*, vs. 13, *Ἀρσιησις Ζμίνιος Πετεμέστουτος*, et vs. 39 *Ἀσκληπιάδου καὶ*

Ζμίνιος τελωνῶν. In scriptura Demotica s m n. *filius* (dei) Min. (*Mendes*).

Vs. 16. *καὶ κατ' Ὀστάνην.* Tres memorantur Ostanes, (Ὀστάνης et Ὠστάνης scribitur), alter magus Xerxis, 500 A C; alter Alexandri M. temporibus 300 A C, tertius denique Olympiodori aequalis sub Theodosio II, saeculo Vto P. C. ineunte. Priores inter scriptores de re magica memorantur a Plinio, *Hist. Nat.* XXX. 2; posterioris *Epistola* fertur *ad Petesium*, cujus fragmenta inter alia servantur in MS. Chemico Bibl. Acad. L. B. *Catal.* p. 397.*b*). Cf. K. C. Schmieder, *Gesch. der Alchemie*, pgg. 37, 38 et 71. De MS. Bibl. Lugd. Bat. Reuvensius egit *Lettres* III. 74. Quod ad ipsum textus nostri sensum, dubium videri possit an *κατ' Ὀστάνην* statim post *Τεντυρείτου* ponendum, ut sit *Formula somni inmittendi Zminis Tentyritae, secundum Ostanem;* aut statuendum compendio post *Ὀστάνην* aliam linteoli qualitatem indicari, *sume linteolum purum, et secundum Ostanem* (*vel ut Ostanes tradit*... (?), *et pinge* cet. Compendium, quod Tab. I, fig. 4 delineatum exhibemus, iterum legitur *col.* 6. vs. 4, et *col.* 11. vs. 26; videtur ex literis ζ et ρ conflatum; quid significet nescio. In *col.* 12. vs. 16 idem, at bis pro *ῥιζῶν* scriptum conjeci, sed *ῥίζα* hic, in *col.* 4, *col.* 6 et 11, aptum sensum non afferat.

Vs. 17. *ἀνθρωποειδὲς ζώδιον*, i. e. *figuram humanam;* in sequentibus significationem potius quam ipsa verba attendens, *ἐκτετακότα — ἔχοντα* scripsit auctor, ac si *ἄνθρωπον* praecessisset. Imagines, ei quae hic describitur valde similes in monumentis Gnosticorum saepius visuntur, cf. Matter, *Hist. du Gnostic.*, Tab. I, E.

Vs. 19. *βασίλειον; diadema regium*, sive *vitta uraeo ornata*, quo caput cingebatur; supra caput vero, secundum vs. sequentem, tauri cornua erant imponenda. De voce *βασίλειον*, totum saepe *capitis tegumentum* significante egimus ad Horapollinis *Hierogll.* I. 11 et 15, adn. pgg. 182 et 206.

Vs. 21. *τῷ στομάχῳ*, legendum videtur *τῷ στόματι*, aut *στόμαχος* hic intelligendum de ore.

Vs. 22. *ἐκτεταγμένον.* Nisi *ἐκτεταμένον* sit corrigendum a verbo *ἐκτείνω*, vertendum erit *gladium, eductum, extractum.*

ῥάκος, id est *ὀθόνιον*, de quo supra vs. 15.

Vs. 23. *τὰ ἓξ ὀνόματα τοῦ θεοῦ*, sex illa nomina in hujus versus fine et sequenti, iterumque vs. 26, sed variante scriptura, nominantur. In *τὸν καὶ ὡς*, vitium latere videtur.

Vs. 25. *καὶ λέγε αὐτῷ τάδε*, haec, ut infra vs. 25 *ἐπίλεγε* et vs. 30 *καὶ λέγε αὐτῷ τόδε*, spectant ea quae exorcista coram imagine pronuntiare debet. Ceterum quae inde a versu 22, post verbum *ἰδεῖν*, usque ad hunc versum 24 *καὶ λέγε αὐτῷ τάδε* leguntur, abundare putaverim, quippe melius et plenius in sequentibus usque ad vs. 29 expressa.

ἀμίλτωτον λύχνον. Cf. supra *col.* 1. vs. 22.

Vs. 27. *ὀνόματα γ̄ θεοῦ*, nisi legendum sit *ὀνόματα ϛ'*, *nomina sex*, compendium explicandum erit *ἅγια*, secundum vs. 27.

Vs. 32. *Σηΐθ*, est cognomen Aegyptium (conf. ϲⲏⲝ, ϲⲏϭ *pullus asinae*) dei Typhonis, cf. Plutarch., *De Is. et Os.* 41, p. 367 D, et 49, p. 371 B; et *Pap. biling. Mus. Lugd. Bat.* I, 383, Col. XV. vs. 13. Daemonem istum asinino capite instructum delineatum exhibet ipse papyrus noster, in 1 columna textus Demotici, quae post Graecum textum sequitur. In hieroglyphicis S e t scribitur.

τὸν ⳩, *τὸν ἔνθεόν*. Compendium, explicandum fortasse *χαρτόν*, i. e. *laetificum*.

τὰ τξέ ὀνόματα, nomina fortasse 365 deorum, qui in Pap. X, pag. 3, vs. 13 et pag. 15. vs. 8 memorantur, et ex Basilidis doctrina ordinem facultatum divinarum inferiorem constituebant. Cf. Matter, *Hist. du Gnostic.* II. p. 46.

Columna 5ᵃ.

Vs. 1. *κ[αι].εισας*. Trium priorum versuum primae literae frusto papyri alieno operta fuerunt, quo remoto pars tantum textus servata apparuit. Lacuna in 1 versu fortasse supplenda: *κ[αὶ δ]είσας* (pro *δέσας*) *σε κατακόψει*, *et ligatum te concidet*. *Τὰ κράτεα* sunt *vires*, i. e. *semina*. Reuvensius, *Lettres* I. 19, nota (*c*), comparat *vires excepit* etc. ex inscriptionibus Taurobolicis. Canis scabiosus cui vires devorandae dabuntur, comparari possit cum cane in anaglyphis Mithriacis, tauro vulnerato assiliente.

Vs. 3. *ἤδη*, *β'* *νάχυ β'*. i. e. *ἤδη*, *ἤδη*, *τάχυ*, *τάχυ*; vid. supra *col.* 2. vs. 4.

Vs. 5. *Θε[ὸ]ν...ην*. Extrema pars hujus versus fissura periit; quae supersunt exhibet tab. nostra I. n. 5. In versu sequenti utrum revera *ὀρθόν* sequatur, affirmare non audeam, quum 3ᵃᵉ literae nihil amplius supersit; sed Reuvensius anno 1829 ita legit. Ceterum *Θεὸς ὀρθὸς ἰβιοπρόςωπος* intelligi videtur Aegyptiorum Thoth, qui, ut notum, ibidis capite in monumentis exhiberi solet. Compendium *ζζ*, ut supra, *col.* 4. vs. 2, diximus, *ἑπτά* explicandum videtur et de septem vocalibus intelligendum: *τὰ ἑπτὰ γράμματα*, *στοιχεῖα*, *φωνήεντα*.

Vs. 8. *τὸν ἐπὶ τῶν [πν]ευμάτων τεταγμένων Θεὸν Θεῶν*. Legendum fortasse *τεταγμένον*, *Invoco te*, *supra spiritus positum*, *deum deorum*, dummodo compendium post *θεόν* recte explicatum fuerit; delineavimus Tab. 1. 6. Signum aut siglum simile, linea tamen transversa magis deorsum inflexa, saepius cernitur in *Pap. bilingui*, I. 383; vb. c. *col.* XVIII. vs. 17

fine, XXII. vs. 2; *Col.* opisthogr. XI. vs. 3 fine, et alibi, quod monendum, quoniam et aliud compendium, saepissime in Papyro nostro obvium, *τοῦ Δ ἢ τῆς Δ* (vid. supra *Col.* 2ª, vs. 23), legitur quoque in textu demotico, qui post *Col.* 13 textus Graeci sequitur, ut et in *Pap. bilingui*, quem supra citavimus, passim medio textui demotico insertum.

Vs. 9. *κατὰ τοῦ πατρὸς τοῦ Ὀσίριδος, καὶ Ἴσιδος, τῆς μητρός σου.* Ex Aegyptiorum doctrina Thoth certo Osiridis et Isidis filius non habebatur; itaque statuendum deum cum Horo hic permutari, qui aeque ac Thoth, saepe adest psychostasiae in regno inferorum. Thoth tamen invocatur quoque prout qui adstitit Osiridi contra inimicos, aeque ac Horus, Osiridis et Isidis filius.

Vs. 11. *ΖΑΡΑΧΩ ὃν καλοῦσι ΒΑΛΧΑΜ*, cum priori comparari possint Hebraeorum שְׂרָא *solutus*, aut שָׂרָה *solvit*, *aperuit* et אָחוּ *juncus*; posterius *ΒΑΛΧΑΜ* fortasse compositum ex Coptorum ⲃⲁⲗ *solvere* et ⲭⲁⲙ, seu ⲕⲁⲙ *juncus*, ita ut duae voces idem significent. Sed dubito an significationem nominis Aegyptii satis intellexerit scriptor; quod si dei Thoth aut Hori cognomen habendum sit, potius verterim ⲃⲁⲗ ⲭⲁⲙ vel ⲃⲁⲗ ⲭⲏⲙⲓ, Aegyptiace b a r, b a l et k e m, k e m i, *oculus*, *pupilla Aegypti.* Compendium quod sequitur, ex *χ*, *ϱ* et *τ* ut videtur compositum, est *χϱημάτισον*, ut in versu praecedenti omnibus literis scriptum.

Vs. 13. *Θεομάντιον*, aut *Θεομαντεῖον* hoc loco, ut animadvertit Reuvensius, *Lettres*, I. pag. 9, non tantum est *Dei consultatio*, sed ex posterioris aevi usu *operationem* quoque *magicam* et *caerimonias magicas* significat. Comp. *Pap. biling.* I. 383, *Col.* XVI. v. 13: *τὰς σὰς μαντείας ἐπιτελῶ.* Reuvensius, l. c. p. 45.

Vss. 17, 18. *ΑΒΛΑΝΑΘΑΝΑΛΒΑ — ΑΚΡΑΜΜΑΧΑΜΑΡΕΙ.* Cf. supra ad *Col.* 2. vs. 24; et *Col.* 4. vs. 5.

Vs. 18. *χϱημάτισον. Χϱηματίζειν* hic significat *oraculum edere.*

Vs. 21. *καὶ εἰπὼν ἐκποϱεύσῃ, πϱοςθείς*, corrigendum fortasse *καὶ εἴπως*, vel *ἐπὰν*, *et si forte*, vel *postquam exiveris*, (*dic*) *pergens;* aut construendum: *ἐκποϱεύσῃ εἰπὼν πϱοςθείς exibis pergens in oratione*, nam *παϱατίθημι* si cum verbo *dicendi* conjungatur, *pergere in oratione* significat. Cf. Schleusneri, *Lex.* in voce.

Vs. 23. *δήσας δέ τινα πανδέτην. Δετή* est facium fasciculus; *πᾶν* vel *πάνυ* significationem intendit, ita ut sit *bene*, *firmiter liga quemdam* facium fasciculum.

Vs. 27. *λόγον* [*εἴπῃς*] quae in hujus et sequentium octo versuum initio nunc desunt literae, ex Reuvensii apographo restituimus, qui integrum in hoc loco tunc textum offendisse videtur.

Vs. 29. *ΣΕΜΕΣΙ[ΛΑΜ]*. In gemnis Gnosticorum saepius legitur *ΣΕΜΕΣ ΕΙΛΑΜ* aut *ΣΕΜΕΣ ΕΙΛΑΜΨΕ*, vid. Matter, *Hist. du Gnost.* Tab. I. E. fig. 10; I. F. fig. 5; II. A. fig. 3, et III. fig. 7. Est Hebraïcum שמש עלם זה *sol supra, versus hunc.*

Columna 6ª.

Vs. 1. ......*οιει δὲ καὶ τὸ τοῦ ἡλίου ὄνομα πρὸς πάντα*, Fortasse *ποιεῖ δὲ καὶ τὸ — ὄνομα πρὸς πάντα; efficax autem est et solis nomen in omnibus rebus.* Sic infra *Col.* 9. vs. 1.

Vs. 4. *Ἐὰν βούλει* [l. *βούλῃ*] *τινά*, alterum *τινά* abundat; in sequentibus supplendum fortasse *γράψας* [*εἰς ὀθόνι*]*ον — τὸ τῆς ὀργῆς ὄνομα τοῦτο ΧΝΕΩΜ*, *scripto in linteolo.... irae nomine* cet.; de compendio cf. supra ad *Col.* 4. vs. 16. *ΧΝΕΩΜ*, ut ex hoc et sequenti versu colligi videtur, vox est peregrina *iram* significans, Copticum fortasse ϫⲙⲟⲙ, proprie *calor*, et intellecto ⲛ̄ϩⲏⲧ, *calor cordis*, i. e. *ira*. Hebr. חם *calor* et חָמַם *caluit*. Sed comparari possunt quoque ex veteri Aegyptiorum lingua s*χ*un, *χ*mu, *irasci*; *χ*mu, *calor*, et nomen dei *χ*nemu, Chnuphis.

Vs. 5. *καὶ κράτει τῇ εὐωνύμῳ χ...* Supplendum *χ*[*ειρὶ ἐπιλέγων*] aut *χ*[*ειρὶ λέγων*] vel simile quid.

Vs. 7. *Κύριε χαῖρε, κ. τ. λ.* Haec sectio usque ad vs. 14 fragmentum continere videtur cantilenae vel precium, in consecrando annulo, veluti sectt. XII et XIII praescribitur, aut simili quadam operatione adhibendarum. *Χαριτήσιον* (nisi *χαριστήριον* legendum sit, *donarium*, *donum*) vertendum erit *delicium* vel *deliciae*. Apud Irenaeum, *adv. Haerr.* I. 24 in. et Epiphanium, *Haeres.* p. 104, *χαριτήσια* una cum *φίλτροις* inter res magicas numerantur, unde similem duabus his vocibus significationem vindicavit Du-Fresnius in *Glossario.* Reuvensius, *Lettres* App. pag. 158, haec prioribus jungenda putat; sed in Pap. linea transversa vss. 7 et sequentes a vs. 6 separantur.

— *Ib. οὐρανὸς ἐγένετο κωμαστήριον.* Omissum fortasse pronomen *οὗ*, *Salve domine..... cujus coelum est comessatorium;* infra, *Col.* 8. vs. 5. *Σοῦ δὲ τὸ — κωμαστήριον ἄνω ἀφίδρυται.*

Vs. 8. *ΑΡΣΕΝΟΦΡΗ.* Nomen Aegyptiacum, quod secundum scripturam hieroglyphicam explicari potest ϩⲣ—ⲥ—ⲛϥⲣ, i. e. ϩⲁⲣ—ⲥⲉ—ⲛⲟϥⲣⲉ, *Horus beneficus;* ϩⲣ—ϣⲉ—ⲛⲟϥⲣⲉ *Horus filius bonus*, aut ϩⲣ—ⲥⲟⲛ—ⲛ̄—ⲡⲣⲏ, vel ⲫⲣⲏ, *Horus frater dei Phre*, i. e. *Solis.* De duabus vocibus peregrinis, quae hoc versu et 9 sequuntur, cf. supra ad *Col.* 2. vs. 24 et *Col.* 4. vs. 6

Vs. 15. *Ὀνειρετητόν*, (l. *Ὀνειραιτητόν*). In Lexicis non invenitur; sed hoc loco significare videtur *formulam somnia petendi*, *obtinendi*, *ὀνείρου αἴτησις*. Idem *ὀνειραιτητόν* eadem significatione offert Pap. W. pag. 8. vs. 28. Cf. Reuvens, *Lettres*, App. pag. 158.

Vs. 16. *ΒΡΕΞΕ*. Lacuna quae antecedit incertum reddidit, utrum hae literae pertineant ad nomina peregrina ex formula pronuntianda, an verbi formam contineant derivandam a *βρέχω*, *madefacio*, *irrigo*. Si illud praeferas cum Reuvensio, *Lettres*, I, 24, 25, restituendum fortasse [*Α*]*ΒΡΕΞΕ*, i. e. [*Α*]*ΒΡΑΞΑΣ*.

Vs. 17. *Πρὸς ἀνατολὰς ἔχων τὴν κεφαλήν*. Post *κεφαλήν* distinguendum putavimus, sequentibus ad nomina peregrina, versu 16 indicata, relatis. Distinctionem vero si tollas, *κεφαλὴ Ἰησοῦς* intelligendum de protome Jesu, dormienti a parte orientali apposita, et pro *Ἰησοῦς* legendum *Ἰησοῦ*. Gnosticorum sectae multae Servatorem inter Aeones suos referebant, et Carpocratis discipuli pictam Jesu imaginem inprimis venerabantur; cf. Matter, *Hist. du Gnostic.* II. 263, Reuvensius l. c., qui monet vel oleum, vs. 16 memoratum, ab Elxaïtis inter genios relatum fuisse, Matter, op. cit. II. p. 328. — Ceterum vix opus est ut animadvertamus hanc quoque sectionem imperfectam esse relictam, ita ut de posteriori parte saltem certi quid statuere non possimus.

Vs. 18. *Ἴωσις χρυσοῦ*. *Ἴωσις*, quae vox in Lexicis non invenitur, formatur ab *ἰός*, *rubigo*, *ἰόω rubigine obducere*, veluti *χρύσωσις*, *deauratio* a *χρυσόω*; significat itaque, *auri obductionem rubigine*, *rubiginationem auri*, si tali voce Latine uti liceat.

ὄξος δριάου, legendum videtur *δρύϊνον*, *acetum quercinum*. Compendium ∠, quod in hac sectione saepius offenditur, *drachmam* indicare, praecuntibus Peyrone et Reuvensio, diximus in adnot. ad *Papp.* C. S. T. pag. 92.

Vs. 19. *στυπτηριας σχίστης*. Posterior vox compendio scripta, ex literis c *χ* et *ι* conflato, c⚹.

Λιθαργύρου. De lithargyrio sive spuma argenti cf. Plinius, *Hist. Nat.* XXXIII. cap. 35; de alumine scissili id. XXXV. 52, § 2; sunt autem haec cum acido spissato conterenda, *συλλειοῦν* (in mortario) tribus diebus; Plinius, XXXIII, 35: „Postea sex diebus terunt (argyritin) in mortariis, ter die abluentes aqua frigida..” *Ἀποσειρώσας* quod sequitur, in Lexicis non invenitur; *σειρόω* significat *evacuo*, unde *ἀποσειρόω* similem *eximendi* significationem habere possit; aut statuendum verbum, a *σιρός*, *σειρός*, *scrobs*, *fovea* derivatum, hoc loco intelligendum esse de re aliqua *sub terra abscondenda;* secundum Plinium, l. c. argyritis trita et abluta, addito sale fossili, in plumbeo vaso *conditur*. Sed potius *ἀποστερεώσας*, ab *ἀποστερεόω firmum*, *solidum*

reddo, quod fit *siccando;* Plinius l. c.: »Alii cum faba candida ac ptisana coquunt, et in sole siccant. Alii in lana candida cum faba, donec lanam non denigrent. Tunc salem fossilem adjiciunt, subinde aqua mutata, siccantque diebus 40 calidissimis aestatis." Praep. ἀπό intendit significationem, ita ut sit *prorsus, omnino firmum reddere*, *quam firmissimum reddere.*

Vs. 20. χαλκάνθου, *vitrioli* genus, apud Plinium, XXXIV. 27, *atramentum sutorium.* Lacuna quae sequitur voce μισυος fortasse supplenda, cujus prima litera superstes remansit. Pro χαλκίλεως certo legendum χαλκίτεως, nisi hanc ipsam vocem habeat Papyrus, literae τ linea transversa nimis deorsum vergente. Misy, chalcitis et sory mineralia sunt ejusdem naturae, misy ex chalcitide, haec vero ex sory fit. De misy Plinius, XXXIV. 31; de chalcitide id. cap. 29, et de sory ibid. et cap. 30.

Vs. 21. ὀβολὸς ἡμιοβέλιον, aut corrigendum ὀβολὸν καὶ ἡμιοβόλιον, id est *obolum cum semiobolo*, $4^{1}/_{2}$ *siliquas* seu κεράτια; aut statuendum, ut in praecedenti versu de uno tantum semiobolo agi, et ὀβολός scriptoris errore irrepsisse. In fine versus supplendum [Καπ]παδοκικοῦ, intellecto ἁλός; de sale Cappadocico Plinius, *Hist Nat.* XXXI. 39. § 5, fine. Κεράτια sive *siliquae* continent grana $3^{1}/_{3}$ et tertiam partem oboli, duodevigesimam drachmae constituunt.

Vs. 22. πέταλον, ἔχων τετάρτας β', facienda est lamina, sumtis quadrantibus duobus (compositionis seu mixturae eorum quae in formula indicata sunt?). Τετάρτη aut quadrans, quarta pars est sextarii, et tres cyathos continet; duae τετάρται igitur efficiunt sex cyathos aut sextarii dimidium, vel drachmas sexaginta; vid. Plinius XXI. 109. Ante πέταλον forte excidit χρυσοῦ et intelligatur lamina auri, quae mixturae calefactae immergenda est. Post πυρώσας βαπ, nisi vestigia certa literae π ante lacunam superessent, legendum putaverim: βάψεις ἕως λακηθῇ, jam vero supplendum fortasse βάπτε τρίς, id est (in mixturam *ter immerge*, quibus literis spatium vacuum sufficit.

Vs. 23. λακήματα, sive ληκήματα, λακίσματα, sunt *frusta, fragmenta*, a λακεῖν, proprie *cum crepitu disrumpi.* Sequentia quomodo bene interpretemur non video. Ἐξίωσις ab ἐξιόω, *ab aerugine purgo*, significat *aeruginis demtio*, sed ex sectionis inscriptione formula ad ἴωσιν, non ad ἐξίωσιν auri efficiendam praescribitur. An fortasse ἔχε ὡς εἰς ἴωσιν τοῦ χρυ-[σοῦ]? *habe, tene, sepone, serva, ut ad aeruginationem auri*, uti mixturam et formulam auri aerugine obducendi.

Vs. 24. Ὄζεια. Legendum videtur Ὀξεῖα vel Ὄξεα aut fortasse Ὄξεος λαβὼν χρυσοῦ τετάρτας β', ut sit: *Acidi sumens auri quadrantes duos*, *fac* cet. Quominus cum Reuvensio, *Lettres* cett. App. p. 158, nomen proprium

Hoseae intelligamus, vetant prophetae nominis orthographia Ὡσηέ, et ὄξεος frequens mentio in formula praecedenti. Sed vide an Ὄζεια hic prorsus abundet et nova formula hic a verbo λαβών incipiat.

Ceterum si duas has formulas, alteram vs. 18 et seqq., alteram vs. 24—27 praescriptas comparamus, conjiciamus fere ex una eademque, scriptoris errore duas fuisse conflatas; nisi vs. 24 et sequentibus alia ratio indicetur qua lamina auri, quae vs. 24 nominatur, etiam rite praeparari possit.

Vs. 26. Sunt voces Aegyptiacae, demoticis literis scriptae: u a - k s u r, i. e. *annulus*. Cf. *Col.* 8. vs. 23, ubi, ut et hic, sectioni inscribuntur, addito praeterea signo, ipsam formam annuli exhibente. Vide Brugsch, *Gramm. Demot.*, p. 176, § 341.

Vs. 27. πρὸς ἐπιτυχείαν μ...... βασιλεῖς. Supplendum fortasse μ[ετὰ τοὺς] βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνες (l. ἡγεμόνας) — ἐνεργές, pro μετὰ τῶν βασιλέων καὶ ἡγεμόνων. *Anellus ad omnem operationem et ad prosperitatem coram regibus et principibus valde efficax.*

Vs. 28. ἰάστην (l. ἴασπιν) ἀερίζουσαν. *Iaspin caeruleam*, qualis circa Thermodontem amnem inveniebatur, aut iaspin aëri similem et propterea aërizusam vocatam secundum Plinium, *Hist. Nat.* XXXVII. 37, in. De usu iaspidum, quae, diversis characteribus sive natura, sive arte ornatae pro amuletis gestari solebant, vid. Plinius l. c., Reuvensius, *Lettres*, III. 24. Lacunas in hoc versu et in seq. facile supplere possumus: δρά[κοντα κυ]κλοτερῶς — καὶ ἐπίμεσον τοῦ δράκοντο[ς σελήνην δ]ύο ἀστέρας ἔχουσαν ἐπὶ τῶν δύο κεράτων. In iaspide scalpenda erant: *draco* seu *serpens caudam in ore tenens* et ita *circuli* formam referens, in medio circulo *luna* cum *duabus stellis*, cornibus ejus superpositis, et supra haec omnia *solis* imago, addito nomine *ΑΒΡΑCΑΞ*. Gemmas *solis*, *lunae*, *stellarum* figuris et *serpente* qualis hic describitur ornatas, nomine praeterea eodem *ΑΒΡΑCΑΞ* aliisque inscriptas vide apud Matter, *Hist. du Gnostic.* Tab. VII. Similem serpentis figurationem Horapollo, *Hierogll.* I. 59 vocat ὄφιν κοσμοειδῶς ἐσχηματισμένον, οὗ τὴν οὐρὰν ἐν τῷ στόματι ποιοῦσι.

Vs. 30. ὄπισθεν τῆς γλυφῆς τοῦ λίθου. Videtur intelligendum de parte gemmae aversa, eodem nomine sancto inscribenda: κατὰ τοῦ π..... fortasse supplendum κατὰ τοῦ π[εριφράγμ]ατος, *prope*, aut *secundum septum* (i. e. circuitum, marginem,) lapidis, literas *ΙΑΩ*, *ΣΑΒΑΩΘ*. Ceterum cf. *Col.* 8. vs. 20—22; unde quoque conjicere possumus post *ΣΑΒΑΩΘ* supplendum esse *ΑΒΡΑΞΑΣ*.

Vs. 32. ..... ας τὸν λίθον, supplendum εἶτα, vel καὶ ἅψας τὸν λίθον, *deinde inserta*, vel *aptata gemma aureo annulo*; in sequenti versu legendum

φόρει — ἁγνὸς ὢν καὶ ἐπ[ὶ πραγμά]των vel ἐπ[ὶ πάν]των ὅσων προαιρῇ, *gesta — purus et in omnibus rebus in quibus velis.*

Vs. 34. Ὁμοίως δὲ καὶ — ἔχει. Indicat scriptor eamdem vim et efficaciam habere annulum aureum, si easdem figuras quae in iaspide scalpendae sunt, inscalptas habeat et eadem ratione consecretur. Consecrationis illius formula et caerimoniae inde a versu 5 columnae sequentis 7ae praescribuntur.

Columna 7a.

Vs. 1. *Βῶμον ἐκ ξύλων καρπίμων.* Supra, *Col.* 1. vss. 29, 30, in consecratione imaginis amoris, arae imponenda erant *ξύλα κάρπιμα*, primo die 7 animalia immolanda, fortasse ut hic in consecratione annuli, anser cum tribus gallinaceis et columbis tribus, et praeterea *ἀρώματα παντοῖα* addenda, cf. ejusd. *Col.* vs. 35.

Vs. 6. *θεοὶ οὐράνιοι — ὑπὸ γῆν — ἐν μεσῷ μέρει κυκλούμενοι.* Supra, *Col.* 2. vs. 28 invocantur dei *οὐράνιοι, ἐπίγειοι* (vel ut legendum conjecimus ad eum locum *ὑπόγαιοι*) *ἀέριοι* et *ἐπιχθόνιοι*; quorum *ἀέριοι* videntur qui hic *ἐν μεσῷ μέρει κυκλούμενοι* dicuntur, et numero tres, nominibus barbaris, Hebraïcis (?) ΑΝΟΧ, ΜΑΝΕ, ΒΑΡΧΥΧ appellantur.

Vs. 7. *κατὰ α' μέρος εἰς α' κοιλίας* (l. *κοιλίαν*) *ἐκπορευόμενοι καθ' ἡμέραν.* Spectare videtur partitionem quamdam astrologicam, ex qua spatium a diis *ἐν μέσῳ μέρει κυκλουμένοις* occupatum, in *μέρη*, et quodvis *μέρος* in *κοιλιας*, *cavitates*, dividebatur. Ita duodecim zoöphori sive zodiaci partes *μοῖραι* appellabantur, et unumquemque planetam *οἶκον* occupare tradebant astrologi.

Vs. 12. *ὦ τῶν Νεμεσέων, σὺν ὑμεῖν* (l. *ὑμῖν*) *διατρειβούντων τὴν πᾶσαν ὡρὰν, πάλιν κυβερνῆται.* Nisi *πάλιν* additum esset, putaverim legendum *διατριβουσῶν*, et totam phrasem hic errore ex superioribus, vss. 9 et 10, esse repetitam. Iam vero eadem ratione pro *Νεμεσέων*, deorum quorumdam mentionem fieri oportuisse statuere possumus.

Vs. 15. *κράτισται* legendum *κράτιστοι*, aut admittendum nomen substantivum *κρατισταί*, a singul. *κρατιστής dominator.*

Vs. 16. *φυτὸν, ὄνομα ΒΑΪΣ.* Postrema vox est linguae Copticae ⲃⲁⲓ, addita terminatione Graeca, et *palmae ramum* significat; comp. Aegypt. ba, ban. Plura vide in adnot. ad Horapoll. *Hierogll.* I. 3, pg. 135 seq.

Vs. 17. *ἀπὸ τῆς τοῦ μεγάλου* cet. fortasse construendum: *ἀπὸ τῶν βαΐων τῆς ταφῆς τοῦ μεγάλου*, i. e. *Ὀσιριδος*, *defluxus sanguinis*, i. e. *sanguis qui defluxit ex palmarum ramis sepulcri magni* (Osiridis). In *Pap. biling.*. I. 383. *col.* 8. vss. 25, 26, in comminationis formula legimus: *βαστάζω*

τὴν ταφὴν τοῦ Ὀσίριδος, ubi *ταφή* de *arcula* vel *loculo* defuncti usurpatur.

Vs. 18. *ὁ ἐκπεφυκὼς ἐκ τοῦ βυθοῦ*. ***Βυθός***, Bythos (i. e. *profundum*, *id quod cognosci nequit*) ex Valentinianorum Gnosticorum doctrina summus erat deus, *ὁ πατὴρ ἄγνωστος*, *ἀνωνόμαστος*, qui ope ***Ἐννοίας*** sive ***Σιγῆς*** genuit ***Νοῦν***, *intelligentiam;* et postea, ut pristina pleromatis harmonia, ob Sophiae agitationes turbata restitueretur, Horum quoque. Cf. Matter, *Hist. du Gnost.* II. 110—130. Paulo inferius vs. sequenti, exorcista jam se ipsum esse summum, ignotumque deum perhibet, *ὃν οὐδεὶς ὁρᾷ*, *οὐδὲ προπετῶς ὀνομάζει*.

Vs. 20. *ΜΑΡΜΑΥΩΘ*, Compara ex Coptica lingua ⲙⲣ seu ⲙⲟⲣ ⲙⲱⲟⲩⲧ, i. e. *qui adstrictus*, *praepositus est defunctis*, et ex veteri Aegyptiorum lingua, mer, *gubernator*, *dominus*, et mt, mut, *mors*, *mori*.

Vs. 21. *Ἀφροδείτη προσαγορευομένη ΤΥΦΙ*. Compara Copticum ϯⲫⲓ, Thebaïce ϯⲡⲓ, *osculum;* aut cogitandum de mense Tybi, ⲧⲱⲃⲓ, in quo Isidis ex Phoenice adventus celebrari solebat, secundum Plutarh., *de Is. et Osir.* 50, p. 371 D. Nomen Typhonis hic latere non putaverim, utpote dei; sed potius hipopotami, Aphroditae symboli, in veteri Aegyptiorum lingua Tpi, Tepi.

Vs. 23. *Ὄσιρις — ὕδωρ — Ἶσις — δρόσος — Ἡσενέφυς — ἔαρ*. Utrum hae appellationes vere ex Aegyptiorum doctrina petitae fuerint, non affirmaverim. De priori cf. Plutarchus, *De Is. et Os.* 33, p. 364 A. *Ὄσιριν ἅπασαν τὴν ὑγροποιὸν ἀρχὴν καὶ δύναμιν*, *αἰτίαν γενέσεως καὶ σπέρματος οὐσίαν νομίζοντες*, cf. et cap. 32, p. 363 D, et 36 p. 365 B. Contra Isidem terram haberi idem asserit, cap. 38, p. 366 A. Tertium numen, *Ἡσενέφυς*, si *Ησενέφθυς* corrigere liceret, nomen ex Isidis et Nephthydis nominibus conflatum haberet; sed veluti nunc legitur cognomen Isidis videtur, et Coptice scribendum ⲏⲥⲉ vel ⲏⲥⲓ ⲛⲉⲃ ⲏⲓ (omisso articulo ⲧ et addita terminatione Graeca ς) i. e. *Isis domina domus*.

Vs. 24. *εἴδωλος τοῖς κατα κλήθειαν εἰδώλοις*, *ὁμοιώμενος κορκοδείλῳ· ἐγώ εἰμι Σῦχος*. Sensus perturbatus atque ita fortasse restituendus: *ἐγώ εἰμι εἴδωλον τοῖς κατ' ἀλήθειαν εἰδώλοις· ἐγώ ειμι Σῦχος*, *ὁμοιώμενος κροκοδείλῳ*. Nam Suchus crocodili nomen erat apud Aegyptios, cf. Photius, *Bibl.* cod. Cod. CCXLII. p. 557, (Hoeschelii), *ὄνομα δὲ κροκοδείλου καὶ εἶδος ὁ Σοῦχος*. Copt. ⲥⲟⲩϫⲓ. Compara nomen dei Aegyptii Sebek, Sak.

Vs. 29. *οὗ καὶ ὁ ἥλιος*, post *οὗ* intelligitur *τὸ ὄνομα* et post *ἥλιος* omissum videtur *ἀκούων τρέμει*, *καταβήσεται* aut simile quid. Nomina duo

barbara quae sequuntur ex Aegyptiorum lingua satis apte explicari possunt; illud *ΒΑΡΒΑΡΕΙΧ* convenit cum Coptorum ϩⲣϩⲣ ϊϣ *exsultans, fervens daemon*, Aegypt. barbar, *ebullire* et aak, *genius*; alterum, *ΑΡΣΕΜΦΕΜΦΡΩΘ* comparari possit cum ϩⲁⲣ ⲥⲟⲙϥ (vel ϭⲟⲙϥ) ⲙ̄ ⲡϥⲣⲱⲧ, *Horus dominans per germen suum* vel in *germine suo;* quae appellationes in solem haud ita male convenire videntur. Compara quoque ex veteri Aegyptiorum lingua: Ar sive Har, Horus, sχun *irasci*, aut kont *furor*, em *in*, prut, *germen*, *genus*.

Vs. 32. *οὐρανὸς μὲν κεφαλή, αἰθὴρ δὲ σῶμα, γῆ πόδες, τὸ δὲ περὶ σὲ ὕδωρ ὠκεανός, ἀγαθὸς δαίμων.* Videtur ob oculos habuisse dei imaginem, serpente caudam in ore tenente circumdatam, aut sub serpentis flexu stantem, qua ratione deus Chnuphis in monumentis Aegyptiacis exhibetur. Serpens autem *'Αγαθοῦ δαίμονος* nomine indicatur, (cf. Champoll. *Panth. Ég.* ad tab. 3.*a*) et in gemmis Gnosticis saepe quoque nomine *ΧΝΟΥΒΙΣ* vel *ΧΝΟΥΦΕΙΣ* addito, scalptus reperitur. Si vero post *ὠκεανός* distinguatur, sensus erit: *aqua quae te circumdat oceanus est;* et *'Αγαθὸς δαίμων* pro *'Αγαθὲ δαιμων* altera est nnminis compellatio. Paucis mutatis et hexametris qui sequuntur 14 omissis, eadem quae hic et in *Col.* 8 usque ad vs. 10 leguntur, habet quoque Pap. W, pg. 17, vss. 23—43.

Vs. 33. *Τίς μορφὰς ζωῶν κ. τ. λ.* Sequuntur abhinc usque ad *Col.* seq. vs. 5, versus 14 hexametri, hoc modo separandi:

Τίς μορφὰς ζωῶν ἔπλαγε; τίς δ' εὗρε κελεύθους;
Τίς καρπῶν γενέτης; τίς δ' οὔρεα ὑψόσ' ἐγείρει;
Τίς δ' ἀνέμους ἐκέλευσεν ἔχειν ἐνιαύσια ἔργα;
Τίς δ' αἰῶνα, ἵνα τρέφων αἰῶσιν ἀνάσσει;
Εἷς θεὸς, ἀθάνατος, πάντων γενέτωρ σὺ πέφυκας,
Καὶ πᾶσιν ψυχὰς σὺ νέμεις καὶ πάντα κρατύνεις,
Αἰώνων βασιλεῦ καὶ κύριε — — — —
— — — — — — — καὶ τρομέουσιν
Οὔρεα, σὺν παιδίοις πηγῶν, ποταμῶν τε τὰ ῥεῖθρα,
Καὶ βυσσοὶ γαίης καὶ πνεύματα πάντα τὰ φύντα.
Οὐρανὸς ὑψιφαής σε τρέμει καὶ πᾶσα θάλασσα,
Κύριε παντοκράτωρ, ἅγιε, καὶ δέσποτα πάντων.
Σῇ δυνάμει στοιχεῖα πέλει καὶ φύεται πάντα,
Ἠελίου ὕμνηται δρόμος νυκτός τε καὶ ἠοῦς,
'Αέρι, καὶ γαιᾳ, καὶ ὕδατι, καὶ πυρὸς ἀγμῷ.

In quibus quae contra metri leges peccant, nisi orthographiae levi emendatione corrigi possent, intacta reliquimus. Ceterum Reuvensius in

schedula ad h. l. annotavit: similia sunt fragmenta ex *Διαθήκοις* Orphei, Lobecki ad *Aglaoph.* I. pgg. 439, seqq., 455. N. VI, quae quidem diversis aetatibus magis magisque interpolata et ad doctrinam Christianam ac Iudaïcam accommodata sunt tempore Iustini, Clementis Alexandrini et Aristobuli Iudaei. Lobeck. *Ib.* pp. 447—449.

Vs. 34. *ἀνέμους — ἐνιαύσια ἔργα*, intelligi videntur venti statis temporibus redeuntes, atque ita tempestates et opera agriculturae temperantes, venti etesii.

Vs. 35. *αἰῶνα ἵνα τρέφων αἰῶσιν ἀνάσσει.* Legendum puto: ***Τίς*** *δ' αἰῶν' ἀναστρέφων αἰῶσιν ἀνάσσει; Quis aevum circumagens, circumvolvens, aevis imperat?*

Columna 8ª.

Vs. 1. *καὶ τρέμουσιν* legendum *καὶ τρομέουσιν.* Ante haec quaedem exciderunt, nam hoc fere voluisse videtur poëta: *Aevorum rex et domine, gubernator universi, audito, nam nomine tuo tremunt montes,* cet., vidd. *Col.* 7. vss. 30 et seqq.

σὺν παιδίοις πηγῶν, Hebraïsmus est pro *πηγίοις* aut *πηγιδίοις*, *fonticulis;* ea ratione Hebraei usurpant vocem בֵּן.

Vs. 3. *στυχεῖα* (l. *στοιχεῖα*) *elementa*, qualia antiquitus ut notum, habebantur *ignis*, *aqua*, *terra* et *aër* (cf. Hesychius in voce), quaeque vss. 4 et 5 nominantur.

Vs. 4. *ἥελιου μνῆσται*, legendum fortasse *ὑμνεῖται*, *ὕμνηται*, aut *ὑμνήσεται.*

Vs. 5. *πυρὸς ἀγμῷ.* Corrigendum videtur *καὶ πυρὸς ἀκμῇ*, *et per ignis vigorem; πυρὸς ἀκμαι* dicuntur *flammarum apices.* Cf. egregia Valckenarii adnot. ad Eurip. *Phoeniss.* vs. 1261.

Vs. 6. *κωμαστήριον ἄνω ἀφίδρυται.* ***Κωμαστήριον ἄνω ἀφιδρυμένον*** intelligitur *οὐρανός*, cf. *Col.* 6, vs. 8.

τὸ ὄνομα — ἑπταγράμματον. Nomen septem literis comprehensum intelligitur nomen septem vocalibus ***ΑΕΗΙΟΩΥ***, scriptum. Vid. supra *Col.* 4. vs. 12.

Vs. 7. *οὗ αἱ ἀγαθαὶ ἀπόῤῥοιαι*, legendum *Σοῦ*, aut intelligendum *Κύριε*, ut sit: *O domine cujus bonae emanationes. Ἀπόῤῥοιαι* quoque ab Astrologis vocantur lunae a planetis vel stellis *discessus*, de quibus vid. Paull. Alexandr., *Apotelesmm.* (ed. 1586) fol. H. 2.

Vs. 8. *εὐλυρίαν*, refertur ad *morum concinnitatem et concentum*, in Pap. W. Pag. 17. vs. 35 est *εὐκρασία.*

Vs. 9. *βασιλεύων τῆς ἄνω καὶ κάτω χώρας*, est titulus ad Aegyptiorum exemplum formatus, cf. *Inscr. Rosett.* text. Graec. vs. 46,

τοῦ βασιλέως τοῦ ἐπιφανῆ ποιήσαντος τήν τε ἄνω χώραν καὶ τὴν κάτω, ubi intelliguntur Aegyptus superior et inferior. Hic accipiendum videtur de *mundi superiori* et *inferiori parte;* de *coelo* et *terra.* In Pap. quem modo citavimus, Pag. 17, vs. 37 est: *ὁ βασιλεύων τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς διατριβόντων.*

Vs. 11. *τέλεσόν μοι τήνδε τὴν πρᾶξιν. Πρᾶξις* est *operatio magica*, cf. *Col.* 1, vs. 1; verbum *τελεῖν* hic *consecrandi*, *initiandi* significatione usurpatur, ut *Col.* 6, vs. 34. Quae sequuntur *ἐπὶ τῷ φοροῦντί μοι τήνδε τὴν δύναμιν*, ex vs. 13, scriptoris errore huc tracta puto, et legendum: *ἐπὶ παντὶ τόπῳ, ἐν — τηρηθῆναι φοροῦντι μοι ταύτην δύναμιν*, *ut in omni loco* et *in omni tempore — servetur gestanti mihi* (annulum) *haec potestas.*

Vs. 16. *κατὰ — τοὺς Αἰγυπτίους ΦΝΩΕΑΙ, ΙΑΒΩΚ.* Si vere Aegyptiae sunt voces, cum priori comparari possit Copticum ⲫⲱⲛϩ—ⲓⲟϩⲓ, *evertens campos,* aut ⲫⲱⲛϩ—ⲁϩⲓ, *evertens vitam*, (ex veteri Aegyptiorum lingua f*χ*, fe*χ* *evertere*, ah, a*χ*m, *ager*, *campus*). Alterum *ΙΑΒΩΚ*, convenire possit cum Coptico ⲉⲓⲁ—ⲃⲱⲕ, *mundans servum;* ex veteri Aegyptiorum lingua ia *purificare*, et bk, bak, *servus.* De nominibus Hebraeis, quae vs. seq. leguntur cf. supra ad *Col.* 2, vs. 24 et *Col.* 3, vs. 1.

Vs. 18. *κατὰ δὲ Πάρθους οὐ ἐρ... παντοδυνάστα.* In lacuna vestigia superesse videntur vocis *ἔρως;* pro *οὐ* legendum putamus *ὦ*, ita ut sit *O amor omnibus imperans!*

Vs. 20. *τὰ δὲ ὄπισθεν ὀν[ό]ματα τοῦ λίθου ἐπιγεγ φθώμενα*, legendum *ἐπιγεγραμμένα* vel *ἐπιγεγλυμμένα ἐστὶν τάδε*, cf. *Col.* 6. vss. 30—32.

Vs. 23. Voces Aegyptiae demoticae, ua ksur, *annulus*, tituli loco sectioni inscriptae. Vid. supra ad *Col.* 6. vs. 26.

Vs. 25. *κατὰ δύναμιν πτοιούτων φιλείας παρέχει.* Sensus conturbatus, ita fortasse corrigendus: *καὶ κατὰ δύναμιν πτοιούντων φιλίας παρέχει*, *et efficaciter* (*κατὰ* cum accus. pro adverbio posito) *amore incendentium amicitias praebet; πτοιεῖν* dicuntur qui *terrorem injiciunt*, aut *amorem incutiunt.* Legi quoque possit *καὶ πλουσίους καὶ κατὰ δύναμιν τοιούτων φιλίας παρέχει*, *et divites* et *efficaciter talium amicitias praebet*, i. e. *efficax est ad horum amicitias conciliandas.*

Vs. 26. *ὄνομα-κάλλιστον* ♂, Compendium, haud ita differt ab eo quo *Martem*, *chalybem*, *ferrum* indicare solebant astronomi et chemici; hoc loco vero *sol* significatur ut ex Pap. W satis probatur. De heliotropio gemma ejusque usu secundum thaumaturgos cf. Plinius *H. N.* XXXVII. 60 in.

Vs. 27. *δράκων ἑστὼς ἐνκύμων* (l. *ἐγκύμων*), serpens gravidus quomodo exhibeatur non video, nisi *ἐγκύμων* vocetur, quoniam *scarabaeum* in medio lapide positum corpore suo circumdat; sed vide num voluerit scriptor: *δράκων ἔστω ἐν κύκλου σχήματι οὐρὰν ἐν τῷ στόματι ἔχων*, sed *ἐνκύ-*

μων scripto, perrexerit *στεφάνου σχήματι*, cett. Supra *Col.* 6. vs. 28 *δρά[κοντα κυ]κλωτέρως τὴν οὐρὰν ἔχοντα ἐν τῷ στόματι.* Ceterum lapis qui hic describitur satis convenit cum gemma Gnostica, apud Matter, *Hist. d. Gnost.* Tab. II, B. 3, in qua in medio ambitu, *serpentis* corpore formato, cernitur *scarabaeus*, humano *capite* instructus radiato, *κάνθαρος ἀκτινωτὸς ἱερός;* in alia gemma quae n. 4 ibidem exhibetur, in medio *serpente* inter duos *accipitres*, sculptus est *scarabaeus*, in gemmae parte aversa legitur *ΦΡΗ*, nomen Aegyptiacum solis, *τὸ δὲ ὄνομα ἐκ τῶν ὄπισθε μερῶν τοῦ λιθου—ἱερογλυφικῶς, ὡς προφῆται λέγουσιν.*

Vs. 30. *φόρει καθαρείως* (l. *καθαρίως*); supra *Col.* 6. vs. 33, *φόρει-ἁγνὸς ὤν.* In fine versus pro *μεθ' ἑαυτοῦ* legendum *μετὰ σεαυτοῦ*, ob *αἰτήσῃς* et *λήμψει;* eadem personae mutatio in sequentibus quoque cernitur, cf. vs. 31.

Vs. 32. *καὶ δέσμα διαρήξις καὶ λίθους ὁ προςάγων τὸν λίθον*, legendum *καὶ δέσματα διαῤῥήξεις καὶ λίθους προςάγων τὸν λίθον;* aut accipiendum de 3ª persona, *ἀνοίξει δὲ θύρας καὶ δέσματα διαῤῥήξει ὁ προσάγων τὸν λίθον, τοῦτ' ἔστι ψῆφον.*

Columna 9ª.

Vs. 1. *δαιμο[νι]οπλήκτους*, vox posterioris Graecitatis, idem significans quod *δαιμονιόληπτος*, et *δαιμονιακός.*

Vs. 2. *πρωΐ ασας σταθεὶς — εὐπρεπῆ, θεὲ μέγιστε* cett. Corrigendum videtur *πρωῒ ἀνασταθείς* et post *εὐπρεπῆ*, ex postremo *Col.* 8 versu intelligendum *λέγε* vel *ἐπίλεγε*; fieri tamen quoque possit ut una voce legendum sit *πρωϊάσας*, a *πρωϊάζειν*, *mane surgere*, ita ut sit: *quum mane surrexeris, et te collocaveris soli obversum; λίθος* est *gemma* annuli. Quae sequitur invocatio in annuli aut gemmae consecratione pronuntianda fuisse videtur.

Vs. 5—20. Nomina peregrina ex Hebraeorum praecipue, sed Aegyptiorum quoque, imo et Graecorum, linguis petita. Ad Hebraïca certo referenda quinque priora (cf. supra ad *Col.* 2. vs. 24; et *Col.* 3. vs. 1), quorum quartum *ΑΙΛΩΕΙΝ* est אֱלֹהִים *dei*, quintum *ΣΕΒΩΕΙΝ*, respondet nomini צְבָאִים *exercitus, agmina*, vel צְבֹעִים *serpentes variegati, hyaenae;* praeterea nomina propria trium patriarcharum vs. 7; *ΧΕΡΟΥΒΕΙ*, vs. 16; *ΝΩΕ*, vs. 17. Aegyptiaca videntur vb. c. *ΣΑΦΘΑ*, vs. 7; *ΚΑΤΑΚΕΡΚΝΗΦ*, *ΚΑΤΟΥΤ*, vs. 8; *ΦΝΟΥ*, vs. 10; *ΘΑΘ*, vs. 12; *ΕΛΑΘΑΘ*, vs. 13, alia. Ad Graecorum nominum normam formata aut

Graeca esse possunt: *ΑΣΤΑΦΑΙΟΝ, ΚΟΝΤΕΟΝ*, vs. 8; *ΟΡΕΟΒΑΖΑΓΡΑ, ΙΠΠΟΧΘΩΝ*, vs. 10; *ΡΗΣΙΧΘΩΝ* pro *ΡΗΞΙΧΘΩΝ, ΠΥΡΙΠΗΓΑΝΥΞ*, vs. 11; *ΑΝΑΞ*, vs. 13; *ΕΛΟΥΜΑΙΟΝ*, vs. 19, et alia. Ceterum plurima horum nominum leguntur quoque in *Pap. biling.* I. 383; Parte postica, *Coll.* XV et XVII; vid. Tab 5. (nn. 329—342) quam hujus Papyri editioni adjecimus.

Vs. 22. *ὅπως δῷς — τῷ ξοάνῳ. ξόανον* hic dici videtur de figuris gemmae inscalptis, aut potius de ipsa *gemma*, figuris instructa.

Vs. 25. *ἀσθένειαν, ἐμποδειστόν τε ποιεῖν, ἐμποδειστόν* fortasse pro *ἐμποδιστικόν, impedimentum, res quae impedire potest* accipiendum, aut legendum *ἐμποδισμόν τε ποιεῖν, impedimentum efficere.*

Vs. 27. *Ὅταν δὲ — λέγε*, videtur scriptor voluisse *Ὅταν δὲ τελήσῃς τὸν λίθον*, aut simile quid, *τὸν λόγον τοῦτον — λέγε.* Compendium vocis *ὥραις* ex duabus prioribus literis compositum.

Vs. 28. *ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ☾ γ', incipiens a luna tertia*, id est a *lunae tertia phase*, sive a *plenilunio*, per 15 dies, itaque usque ad mensis lunaris finem. *πειρῷ δὲ εἶναι* cett. *operam navandam* dicit, *ut luna versetur in signo tauri, virginis, scorpii, aquarii, vel piscium.* Fieri tamen quoque possit ut hic, veluti *Col.* 11. vss. 1, 2, ☾, *σελήνη*, *luna*, intelligenda sit *mensis.*

Vs. 30. *καθ' ἑκάστην κλῆσιν* ad *singulas invocationes*, i. e. quotiescumque haec invocatio pronuntiabitur. In sequentibus *και* abundat, et *τὰ προκείμενα, μύρων παντοδάπων* sunt *τὰ προκείμενα μύρων*, i. e. *unguenta quae ad manum sunt, praeterquam thus*, quo alioquin in supplicando diis uti solebant veteres. Cf. Plinius, *Hist. Nat.* XXII. 56. fine.

Vs. 31. *ἐκτελέσαντος δὲ τὴν τελετὴν καθὼς προήκει*, l. *ἐκτελέσας δὲ — καθὼς προςήκει, ἔχε, quum perfeceris, absolveris consecrationem veluti oportet, sume*, cett.

Columna 10[a].

Vs. 1. *ἀνάπτυζε καὶ ἔκβαλε τὸ ζωδάριον* cett. Nisi *ζώδαριον* de *gemma* annuli intelligamus, quod tamen fieri vix possit, et pro *ἔκβαλλε ἔμβαλλε* corrigamus, legendum videtur *ἀνάπτυσσε καὶ ἔκβαλλε τὰ σπλάγχνα, gallum gallinaceum aperi et ejice viscera;* quae vero vs. 3. dicuntur: *καὶ χρῶ ὡς καλλίστῳ*, priorem rationem commendare videntur. Annulus, gallinaceo aperto, caute in animalis viscera imponendus est, summa adhibita cura ne rumpantur interiora, atque per totum diem et noctis horas 9 ibi remanere debet, deinde eximendus, et in loco sancto reponendus, quibus factis optimi et perfectissimi annuli usum praestabit.

Vs. 4. *Ὁσάκεις* (l. *Ὁσάκις*) — *τὸν μέγιστον Οὔφωρα εἴπων, ἐπίτασσε καὶ τέλει.* Utrum haec ad superiora pertineant, non constat; nullum certe distinctionis signum in Papyro adest. Si ad sectionem de annulo referas, *τῷ θεῷ* intelligendus erit *scarabaeus* annuli gemmae incisus, vid. *Col.* 8. vs. 28. Sed fieri quoque potest ut novam sectionem inde a vs. hoc 4° statuere debeamus, usque ad finem hujus columnae continuatam; qua ratione melius quoque intelligatur, quare vs. 5 iterum de consecratione perficienda praecipiatur. Invocationis sive cantilenae magicae nomen, *Οὔφωρ*, Aegyptium fortasse est, et origine conjunctum cum Coptico ⲫⲁϧⲣⲓ, (Thebaïce ⲡⲁϩⲣⲉ), quod *φάρμακον*, *remedium*, *veneficium*, et ⲟⲩⲫⲁϧⲉⲣ (Theb. ⲟⲩⲡⲁϩⲉⲣ), quod *incantator* significat. Comp. ex hieroglyphicis p*χ*r *remedium.* Cantilena illa Urbicus usus fuisse dicitur, vs. 6, thaumaturgus aliquis, aliunde ut videtur, non cognitus.

Vs. 6. *συνστομίας*, legendum esse *συντομίας*, ut infra vs. 21, patet ex vs. 8, ubi nostrum hoc Uphor opponitur aliis *ὅσα φέρεται διὰ μακρῶν — μῆκος εἰκαῖον περιέχοντα.*

Vs. 10. *ΚΡΥΒΕ, ΚΡΥΒΕ*, cf. infra vs. 22. Voces barbarae, quae comparari possunt cum Coptico ϭⲱⲗⲡ, sive ϭⲱⲣⲡ, *manifestare se*, *apparere*, in hiëroglyphicis *χ*erp, *offerre*, *honorare*, *submittere*; vel cum Hebraeorum קָרַב *aggressus est*, *accessit*; קְרַב *accede.*

Vs. 19. *τῷ ὑπ' ἐμοῦ κατασκευαςμένῳ μυστ[ηρ]ίῳ*; i. e. *τῷ ξοάνῳ μυστικῶς ὑπ' ἐμοῦ κατασκευασμένῳ; date animam imagini quam mysteriis praeparavi.*

Vss. 24—38. Quae priori et secunda hujus *ἐπικλήσεως* columnis leguntur nomina vocalium conjunctione sunt composita; quae posteriori columna comprehenduntur magnam partem ex vocibus Aegyptiacis formata videntur. Sic *ΜΑΡΕΙΘ*, vs. 25, comparari possit cum Copt. ⲙⲉⲣⲣⲓⲧ vel ⲙⲉⲣⲓⲧ *diligere*, aut ⲙⲉⲣⲉ—ⲓⲱⲧ, *amans patrem;* in *ΜΟΝΘΕΑΘΙΜΟΝΓΙΘ*, vs. 25, nomen dei, *ΜΟΝΘ*, Mandu, latere potest; in *ΣΩΧΟΥΣΩΡΣΩΗ*, vs. 27, nomina *ΣΟΥΧΙ* et ⲟⲩⲥⲟⲣ seu ⲟⲥⲓⲣⲓ; in *ΣΑΘΙΜΩΟΥΕΗΟΥ*, voces ⲥⲁϯ et ⲙⲱⲟⲩ; in *ΑΜΟΥΝΗΕΙΟΥΣΙΡΙ*, vs. 32, nomina deorum ⲁⲙⲏ et ⲟⲥⲓⲣⲓ; in *ΦΙΙΜΝΟΥΝ*, vs. 33, ⲡ-ⲓⲣⲓ-ⲙⲏⲟⲩⲛ *qui facit abyssum*, cett., simodo ejusmodi adsimilationes et conjecturae (an hallucinationes?) admittere hic liceat. Quae sub prima et secunda columna apparent figurae, literam *ζ* fere exhibentes, quid significent nescimus.

Columna 11[a].

Vs. 1. *Δημοκρίτου σφαῖρα.* Ex vs. 3 videmus *σφαῖραν* dici tabellam 30 mensis diebus insignitam; alia certo significatione quam qua, ex aqua et sphaeris, et aere, et stellis, cett. divina promisisse Osthanes ille apud Plinium, *Hist. Nat.* XXX. 5, dicitur. Democritum scriptor papyri voluisse videtur Abderitam, quem primum de magia scripsisse idem ait Plinius XXX. 2 fine, *Coll.* XXIV. 99, et cujus nomine plurimi libri de re magica, posteriori praesertim aevo, ferebantur et scribebantur. Ad opera illa supposititia pertinent *Φυσικὰ καὶ Μυστικά*, in Mss. bibliothecarum Parisiensis, Viennensis et Lugdunae Batavae servata (de Lugdunis Batavis cf. Reuvensius, *Lettres* III, pgg. 73—75), quae tertio demum P. C. saeculo scripta fuisse, non sine probabilitate docuit Schmieder, *Gesch. d. Alchemie*, pgg. 64, 65. Ceterum qui Prognosticum Democriti nomine insignivit impostor, ad hujus *Πρόγνωσιν*, quam inter genuina philosophi Abderitae scripta numerat Diogenes Laërtius, IX. 7. § 13, referre potuit; quamquam, ut facile patet, diversa prorsus huic voci apud Democritum significatio est tribuenda.

Vs. 11. *Γνῶθι πρὸς τὴν* ☾ *ἀνέπεσε νοσῶν*, *qua luna*, id est *quo mense.* Sic et Latine *luna* pro *mense* dicebatur, et praeterea mensem *lunae* imagine indicari soluisse apud Aegyptios, discimus ex Horapollinis *Hierogll.* I. 4; et probarunt monumenta Aegyptiorum.

Vs. 16. Voces Aegyptiae demoticis literis scriptae: u a p e r t s, Coptice ⲟⲩ ⲡⲉⲣϫ, *divisio*, *separatio.* Vid Brugsch in *Diario Societ. Orient. Germ.* Vol. VI. 1852 fasc. 2, et idem in *Diction. Hierogl. dem.* Postremum signum, hic ob fissuram in papyro minus clarum, actiones fortes, violentas, determinare solet. Vox Aegyptia idem significat quod *διακοπός.* Eadem ratione supra, *Col.* 8 vs. 23, sectioni de annello magico, vox Aegyptia demotica tituli loco praemittitur. Idem fit in *Col.* 6 vs. 26.

Vs. 15. *Διακοπός.* Ex sequentibus apparet *separandi*, *vel odium* et *inimicitias efficiendi* notionem huic voci inesse; referendam itaque esse hanc formulam ad *μισηθρα* sive *μίσητρα.* Comparari autem haec sectio debet cum iis quae leguntur in textu Graeco *Pap. bil.* I. 383, *Col.* 15. vss. 9—20; et in ipso hoc nostro Pap. V. *Col.* 15 vss. 21—32.

Vs. 16. *Τῆς ταρείχου (ταριχου) ὄστρακον.* Locus conturbatus, ita fortasse restituendus: *Λαβὼν ταρίχου ὄστρακον, ἐπίγραψον χαλκῷ γραφείῳ λόγον, καὶ ἐπιδίωκε κ. τ. λ. Sume muriae testam* (i. e. testam quae *muriam* continuit) *et inscribe aeneo stilo*, vel *penicillo*, *orationem* (seu *contilenam* vss. 17—25 comprehensam) *et persequere* (homines inter quos inimicitias causare cupis). Putaverim fere scriptorem Latine cogitasse, et Graecis

literis *τηστα*, Latinam vocem *testam* scribere incepisse, deinde errore animadverso, *ταρείχου ὄστρακον* perrexisse.

Vs. 18. *τὸν ἐπὶ κενῷ πνεύματι, δεινόν, — κόσμον, Col.* 15 vss. 21—23 quae post *ἀόρατον* sequuntur, exprimuntur adjectivis *φθοροποιὸν καὶ ἐρημοποιόν;* eadem ratione in *Pap. bil.* l. c. vs. 10; *θεὸς ὁ ἐν*, vel *ἐπὶ κενῷ πνεύματι* significare videtur *deum in fallaci spiritu* seu *daemone* (nam vox *πνεῦμα* ita saepe usurpatur) *versantem, sese ostendentem.* Apud Iamblichum, *De Mystt. Aegg.* IV. i. p. m. de daemonum inferiori genere *ἀλογίστῳ καὶ ἀκρίτῳ* dicitur: veluti gladium ad secandum tantum usum praestat, sic *τῶν ἐν τῷ παντὶ διῃρημένων πνευμάτων κατὰ φύσεως μεριστὴν ἀνάγκην*, aliud separare (*τὸ μὲν διαιρεῖ*) aliud *colligere, conjungere* (*ἄλλο δὲ συνάγει τὰ γιγνόμενα*) *omnia quae existunt;* unde in Pap. nostro *τὸ κενὸν πνεῦμα* ad *διαιροῦν* sive *διαιρετικόν* illud genus referendum putamus.

Vs. 19. *ὁ φιλῶν ταραχὰς καὶ μεισῶν εὐσταθείας.* Aut legendum *τὸν φιλοῦντα — μισοῦντα — σκορπίζοντα;* aut statuendum nominativum hic pro vocativo poni; eadem ratione in *Pab. bil.* l. c. *ἐπικαλοῦμαί σε — ἐρημοποιὸν, ὁ μισῶν;* idem pro *εὐσταθείας* habet *οἰκίαν εὐσταθοῦσαν.*

Vs. 20. *IAIA IAKOYBIAI* cett. Nonnulla nominum horum barbarorum in duobus aliis exorcismis, quos citavimus, in *Pap.* praesertim *bil.* leguntur quoque; quaedam ut videtur ex Aegyptiorum lingua explicanda, et omnia, ut ex eod. *Pab. bil.* discimus, ad Typhonem, seu Seth, relata. Certe in *ΙΩΕΡΒΗΘ* et duobus sequentibus, *ΙΩ* est Copticum ιω, seu ειω *asinus,* Aegyptiace aa, ut apparet ex nominibus *ΙΩΕΡΒΗΘ* et *ΒΟΛΧΟΣΗΘ,* scriptis sub daemonis imagine, asinino capite instructi et nomine *ΣΗΘ* insigniti, nostri *Papyri Col.* 14 fine. *ΙΩΕΡΒΗΘ* Coptice ιω—ερ—ϐηθ, verti possit *asinus maleficus,* Aegyptiace aa, *asinus,* er, ar, *facere,* bt, betu *malus, detestabilis. ΒΟΛΧΟΣΗΘ,* Coptice ϐαλ—ϫωου—cηθ, Aegyptiace Bal *Baäl;* Xau *malus,* Seth *Seth,* Typhon.

De Seth, Typhonis nomine, vid. Plutarchus *de Is. et Osir.* Cap. 41, (367 D); 49 (371 B) et 62 (376 B). Ceterum cff. quae adnotavimus pp. 16 et 17 textus Gallici, una cum. *Pap.* illo *bil.* in I° *Monumentorum Aegyptiacorum* fasciculo editi.

Vs. 22. *Δότε τῇ δεῖνα τῆς δεῖνα μάχην.* Legendum putaverim *Δότε τῷ δεῖνα ἢ τῇ δεῖνα μάχην, πόλεμον, καὶ τῷ δεῖνα, ἢ τῇ δεῖνα ἀηδίαν, ἔχθραν,* alteri duorum hominum contra quos separationis formula pronuntiatur, *pugna, bellum,* et alteri *odium* et *inimicitiae* immittuntur; si ambo viri sunt aut mulieres, in formula addi debet: *ὡς εἶχον Τύφων καὶ Ὄσιρις;* sed si vir et mulier a se invicem alienandi sunt, in hujus

phraseos locum substituendum: *ὡς εἶχον Τύφων καὶ Ἶσις*. De Isidis et Typhonis, qui Osiridem occiderat, inimicitiis nota sunt ex Plutarchi libro: *de Is. et Osir.*

Vs. 25. *τὰς σὰς δυνάμεις ἀποτέλει*, *perfice*, *exsere potestates tuas;* sed vide an legendum sit *τὰς σὰς μαντείας ἐπιτελῶ*, *operationes*, *aut cerimonias magicas tuas*, *consecratione observata*, *perficio*. Certe ita legitur in *Pap. bil.* l. c. vs. 13. *Ἐπικαλοῦμαί σε, Τύφων, Σήθ· τὰς σὰς μαντειας ἐπιτελῶ.*

Vs. 26. *Ἀγρυπνιτικόν*. *Ἀγρυπνητικός* proprie significat *insomnem*, *vigilantem*, sed hoc loco *ἀγρυπνητικόν* est quod *insomnias causat*. De compendio, in fine versus, quo atramenti fortasse genus quoddam indicatur, vid. supra ad *Col.* 4 vs. 16.

Vs. 27. *τὸ ζώδιον ὑποκειμενον*, initio *Col.* seq. *τὰ ζ' ὀνόματα*, quae indicantur *Col.* vss. 5—11. Quod sequitur compendium *θῡ* vel *θο͞υ* explicare non potuimus; atramentum fortasse, coloremve aliquem, aut instrumentum, quo nomina illa scribenda erant in sinistra vespertilionis ala indicat; aut vide, an explicandum sit *θεοῦ*, et intelligantur eadem illa septem nomina. In *καὶ ὅτι*, posterius abundat, *septem nomina scribe et* (*adde*): *insomnia laboret* cett.

Vs. 30. *ἐὰν δὲ βουλεύῃ*, *sin constitueris*, *sin tibi proposueris*, ut imprecationis, sive exorcismi vis et malus effectus tollantur, *vespertilionem detine et custodi; ceterum idem fac*, quod supra indicatum est, *et quando* inimicum tuum insomnia *liberare velis*, *absterge* cett. — *λύσιν οὐκ ἔχει*, si semel exorcismi ritus, vss. 26—30 praescriptos perfeceris, adversarium tuum *liberare*, *servare*, *insomnias tollere non amplius poteris.*

Vs. 33. *ἐπὶ μεγάλης ἐπιβουλῆς*, in *necessario proposito*, in *molitione gravissima, maximique ponderis et momenti.*

Columna 12ª.

Vs. 2. *τὰ δὲ ὀνόματα*, nominum horum barbararorum, vss. 5—11, explicatio partim saltem ex Aegyptiaca vel Coptica lingua peti posse videtur; sic secundum, *ΠΕΤΕΝΝΑΒΟΥΘΙ* explicari possit ⲡⲉ—ⲧⲉ—ⲛⲉ—ⲁⲃⲱⲧ, *coelum est tibi mansio*, *coelum est habitaculum tuum;* tertium, *ΠΕΠΤΟΥΒΑΣΤΕΙ*, ⲡⲉ—ⲧⲉ ⲡ—ⲁϣⲧ—ⲏⲓ *coelum est* (tua) *suspensa domus;* in quarto, *ΗΣΟΥΣΟΥΑΙΡΑ* nomen ⲏⲥⲓ, *Isidis*, latere potest; sequens *ΜΟΥΝΟΥΘΙ* conveniat cum ⲙⲁⲩ—ⲛⲟⲩϯ, *mater divina.* Compara ex veteri Aegyptiorum linqua m t, mat, mut *mater*, et n t r, n u t r, d e a.

Vs. 12. *ἤδη*, *β'*, *ταχύ*, *β'*, vid. *Col.* 2 vs. 4.

Vs. 13. *ῥίζαν πασιθέαν ἢ Ἀρτεμισίαν*, pro *πασίθεαν* legendum putamus *παρθένιον*, sive *πάρθενιν*, ita enim, testante *Plinio*, *H. N.* XXV. 36, Artemisia herba, olim vocata fuit. De Artemisia amuleti loco gestata apud veteres cf. idem Plinius, XXV. 81, et XXVI. 89.

Vs. 14. *τὸ ὄνομα τοῦτο ἁγνῶς.* Literae ejusmodi magicae, quales hic radici Artemisiae inscribendae dicuntur, textui quoque demotico insertae sunt, in *Pap. bil.* I. 383, *Col.* 17, vss. 6—8, et in parte aversa *Col.* 18.

Vs. 16. *Ἡ ἀναγραφή*, accipiendum videtur de *ratione atramenti praeparandi* quo literae magicae in radice Atemisiae scribendae sunt; an fortasse *ἀναγραφή* hic pro *γραφή*, intellecto *μέλανος* ut supra *Col.* 3 vs. 24? De compendio quod sequitur, vid. supra ad. *Col.* 4, vs. 16. Supra, *Col.* 3, vss. 24—26, aliam jam habuimus formulam atramenti praeparandi, in qua inter alia pulveris quoque Artemisiae monoclonae mentio fit; unde conjecerim fere in compendio nostro, hic saltem, latere vocem *ῥιζῶν*, ita ut reliquis quae in formula praescribuntur, misy, chalcantho, cett. addenda quoque esset radicum Artemisiae drachma una. Ceterum de atramenti praeparandi rationibus cf. Plinius, *H. N.* XXXV. 25.

Vs. 17. *Ἑρμηνεύματα — οἷς ἐχρῶντο οἱ ἱεροὶ γραμματεῖς.* Hucusque pertinet novae sectionis titulus; ex quo efficere possumus, quo tempore *ἑρμηνεύματα* ista collecta fuerunt, Aegyptiorum cultum, adeoque scribarum sacrorum officium jam aliquantum in oblivionem abiisse.

Vs. 18. *Διὰ τὴν τῶν πολλῶν περιεργίαν. κ. τ. λ. Περιεργία* et *περιεργάζεσθαι* de operationibus magicis hic praecipue usurpari putaverim. Ceterum hic locus ita accipiendus videtur: (Sacri scribae) *ob multorum hominum res magicas tractandi studium*, *herbas et reliqua*, *quibus utebantur ad deorum simulacra* (consecranda), vel quibus deorum simulacra colebant, venerabantur, *scriptis consignarunt* (pro *ἐπέγραψαν* exspectaveris fortasse *περιέγραψαν*, *circumscripserunt*, sub aliis nominibus indicarunt), *ut non comprehendentes* (significationes homines illi curiosi) *frustra operarentur*, *propterea quod errorem*, interpretationem falsam *investigarent*, persequerentur. An fortasse legendum *διὰ τῆς ἐξακολουθήσεως ἁμαρτίαν*, *propter interpretationis errorem? Ἁμαρτία* dicitur pro *λύσεις ἁμαρτηραι*, eique opponuntur *αἱ λύσεις*, *solutiones verae*, quae *ex multis antigraphis*, *iisque occultis omnibus sunt haustae.* Ad ejusmodi interpretationes referendae quoque videntur, quae apud Plutarchum, *de Is. et Osir.* Cap. 42, f. 376 B, leguntur: *τὴν σιδηρῖτιν λίθον ὀστέον Ὥρου, Τυφῶνος δὲ τὸν σίδηρον, ὡς ἱστορεῖ Μάνεθως, καλοῦσιν*, *magnetem ossis Hori*, *ferrum Typhonis ossis nomine indicabant.* Dioscorides saepe juxta nomina vera et usitata plantarum, earumdem appellationes magicas

memorat, quas ὀνομάτα προφητικά vocat. Conf. Reveillout, *Roman de Sedna*, Avant-propos p. 21 nota 3.

Vs. 25. κοΐντην, an legendum κολοκύντην? De *colocynthidis* sive *cucurbitae* speciei usu in medicina apud veteres, Plinius, *H. N.* XX. 8; pro ἄθις forte corrigendum ἀθήρ, aut ἀκίς.

Vs. 26. *Αἱματείτης λίθος*. De haematitae lapidis usu in medicina, Plinius. *H. N.* XXXVI. 37, 38.

Vs. 27. *Ῥάμνος*. De rhamno, *id.* XXIV. 76, 77.

Vs. 29. *Ἀννήθου*, l. *Ἀνήθου*. De Anethi usu medico et in theriacis, Plinius XX. 74, 100.

Vs. 30. *Αἰθιοπικὴ* π[ό]ην (l. πόη). De Aethiopidis herbae, quae et Meroïs appellatur, usu in medicina, Plinius, XXIV. 102. med., XXVII. 3; de ejusdem vi magica, qua tactu ejus clausa omnia apperiri dicebantur, *id.* XXVI. 9.

Columna 13ᵃ.

Vs. 3. *Ἀρτεμισία*, vid. supra ad *Col.* 12, vs. 13.

Vs. 6. *Ἀνδράχνη*, de *portulaca*, ejusque usu medico Plinius, *H. N.* XX. 81.

Vs. 7. ἀκεκάλλιδα, quid sit nescio, nisi fortasse Graecis literis voces Latinas *aqua calida* exprimere voluerit Papyri scriptor.

Vs. 10. βύνεως χυλός, legendum fortasse βύνης χυλός, *bynae* (i. e. hordei madefacti ad cerevisiam faciendam) *succus;* aut βουνιάδος, *buniadis*, *napi* generis, quod inter venenorum antidota numerat Plinius, *H. N.* XX. 11.

Vs. 11. σκορπίουρον. De scorpiuro herba, heliotropii genere ejusque vi adversus venena, Plinius XXII. 29 fine.

Vs. 12. ὀστοῦν ἰατροῦ, num *os* an *nucleus medici* significetur incertum; nucleus est instrumentum chirurgicum quod strabonum oculis, ut visus corrigatur, applicatur. Pro ἀμμείψην λίθον forte corrigendum ἀμμίτην aut ψαμμίτην λίθον, vel potius ἀμμιτης, aut ψαμμιτης λίθος, nisi intelligendum sit λέγει.

Vs. 14. ἀετόν lege ἀετός, nisi sit ἀετοῦ, intellecto αἷμα, aquilae sanguis. Ὀσελλεβει quid sit ignoro; an fortasse corrigendum ὀξαλίδα λέγει, ita ut sit: aquilae sanguis oxalidem herbam significat? Oxalis est lapathum sylvestre, de quo Dioscor. 2. 140; Plinius XX. 85.

Vs. 18. κεδρίας, lege κεδρίαν, aut κέδριον. *Cedria* est picis genus, de quo Plinius XXIV. 11; κέδριον *oleum cedrinum*. Idem, XVI. 21; dicit picis liquidae primum sudorem in Syria cedrium vocari; „cui tanta vis est, ut in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfusa serventur".

Vs. 19. ἐλλέβορος λεῦκος. De helleboro candido Plinius XXV. 21. 24; XXVII. 2. in.

Vs. 20. εὔζωμον. De erucae herbae vi, Dioscor. 2. 170; Plinius XX. 49.

Vs. 21. ἀπὸ λειτανος vel ἀπολείτανος quid sit nescio. An fortasse legendum ἀπὸ λιβάνου et intelligendum *thus*, *resina*, *cortex* aut simile quid? Sed dubitari possit an prima litera vocis λείτανος in autographo non λ sed τ sit, ita ut ἀπὸ Τειτᾶνος, aut Τιτᾶνος sit legendum, et ex versu-praecedenti γόνος intelligendum. Γόνος ἀπὸ Τιτᾶνος, pro γόνος Τιτᾶνος, *semen Titanis*. Sic supra vs. 5 ἀπὸ σφύος (σφύρας), intellecto ex versibus praecedentibus αἷμα.

Vs. 21. Θρείδας ἀγρεία. De lactucae diversis generibus Plinius XIX. 38; XX. 24—26.

Vs. 25. κόνυζα. De conyza Plinius XX. 32. Apud Nicandrum *Theriacc.* memoratur inter herbas quibus venenata animalia fugantur.

Vs. 26. κρινάνθεμον, est sedi genus. Vid. Schneideri *Lexicon* in voce.

Vs. 27. τρίφυλλον, inter theriaca numeratur apud Plinium XX. 100, et XXI. 88.

Vs. 28. ἀστὴρ ἀπὸ κεφαλῆς. Hic, ut et in versibus duobus qui sequuntur, de stellis signorum caelestium accipiendum videtur: stella in capite, in ventre, in pede signi caelestis.

Vs. 29. χαμαίμηλον. De chamaemelo sive anthemi, ejusque usu contra venena, Plinius XXII. 26.

Vs. 30. χρυσόσπερμον. Qualis herba indicetur nescio. Vox in Lexicis non invenitur, sed significari potest *herba quae aurea semina habet*, conf ἄσπερμος, *qui semen non habet*.

Ceterum nonnullarum harum plantarum nomina, Graecis literis expressa et textui demotico inserta leguntur in *Papyri bilinguis* I. 383, superficiei exterioris, Columnis I, II; vb. c.: ἡλιόγονον (*Col.* I vs. 4; comp. *Col. Papyri* V. 13 vs. 19); θιθύμαλος (l. τιθύμαλος *Col.* I vs. 6; comp. Pap. V. *Col.* 13 vs. 28); χαμέμελον (l. χαμαίμηλον *Col.* II vs. 1, comp. Pap. V. *Col.* 13 vs. 29); χρινάνθεμον (*Col.* II vs. 3; Comp. *Pap.* V. *Col.* 13 vs. 26.

Columna 14ª.

Quae sequuntur quator *Columnae:* 14, 15, 16 et 17, textum demoticum offerunt, in quo hic illic literis Graecis supra demoticas scriptis, voces nonnullae barbarae, aut nomina propria, partim ex Aegyptiorum veterum et Coptorum linqua explicanda, transcribuntur. In *Columnis* 15—17 integri textus Graeci textui demotico inseruntur, additis praeterea, *Col.* 14 imagunculis dei Seth, *Col.* 17 Anubidis, defuncti Osiridis

fortasse, cadaver curantis, et alia dei, deaeve, stantis supra hieroglyphicum *dominium* significans.

Exorcismus sive invocatio *Col.* 18ae vss. 21—30 comparetur cum alia simili *Col.* 11ae vs. 16, seqq.

Columnae hae seu paginae ad prototypum in tabula lithograpta editae sunt in tab. CCXXVI textus demotici hujus Papyri I. 384, operis *Monumentorum Aegyptiorum*, Partis IIae.

PAPYRUS W.

EXCERPTA EX LIBRIS APOCRYPHIS MOÏSIS.

Papyrus constat septem foliis integris, singulis altitudine 0.27, latitudine 0.32, et uno folio dimidiato, quae omnia in libri formam compacta, duobus funiculis papyraceis superne et inferne colligata fuerunt. Primum folium scriptura prorsus vacuum involucri loco additum; reliquorum paginae 25 textum continent literis uncialibus scriptum; admiscentur tamen, praesertim in posteriori libri parte, nonnullae literae ad formam cursivam appropinquantes. Singulae paginae versus comprehendunt 31—52; posteriores tamen paginae, in quibus literae formae aliquantum majores et haud ita densae usurpantur, minorem quoque versuum numerum offerunt.

Textus constat duabus partibus, quarum prior finitur pagina 8ª; altera incipiens a pagina 9ª, continuatur per 17 paginas sequentes usque ad pag. 25, et eadem fere, sed amplificata, atque additis quibusdam idem argumentum spectantibus, continet, quae in priori parte leguntur. Sunt autem excerpta argumenti astrologici et magici, initiationis operationumque magicarum, ope sancti nominis peragendarum formulae, quae omnia praecipue ex libro apocrypho quodam Moïsis descripta dicuntur, sed quibus, ut ex ipso textu apparet, multa quoque ex aliis scriptis apocryphis, magicis vel astrologicis inseruntur vel adduntur. Praecipuum tamen libri argumentum desumtum ex *libro apocrypho* Moïsis *octavo*, *Monade dicto*, *de nomine sancto* (de quo in adn. ad Pag. 1, vs. 1

agimus), reliqua petita ex ejusdem Moïsis *Clave* (*Κλείς*, Pag. 1, vs. 19, Pag. 9, vs. 39 cett.), *libro Archangelico* sive *de Archangelis* (*Ἀρχαγγελική*, Pag. 22, vss. 22, 23), *libro Lunari* (*Σεληνιακή*, Pag. 25, vs. 13), fortasse quoque e libro quodam qui *Lex* inscribebatur (*ὁ Νόμος*, Pag. 22, vs. 27). Praeterea citantur, aut excerpta quoque afferuntur ex aliorum scriptis: Hermetis *libro sacro*, *Ala* (*Πτέρυξ*) dicto (Pag. 1, vs. 14), Manethonis libro (Pag. 1, vs. 21), Orphei theologi (Pag. 21, vs. 20), Erotuli *Orphicis* (ibid. vs. 34), ex Thphei sacri scribae libro *ad Ochum regem* (Pag. 22, vs. 10), Eveni *Memorabilibus* (*Ὑπομνημονεύματα*, Pag. 22, vs. 16), e Zoroastris Persae scriptis (Pag. 22 vs. 19), et ex (Hermetis?) libro, *Panareto* dicto, *scriptorum Ptolemaïcorum* quinto (*ἡ ε' τῶν Πτολεμαϊκῶν ἐπιγραφομένη Πανάρετος*, Pag. 22, vs. 31, Pag. 23, vs. 1); quorum plurima certo non magis genuina sunt habenda, quam ea quae Moïsi tribuuntur.

Neque in priori, neque in altera Papyri parte ipsum textus archetypum nobis servari, satis certo aparet: ex scribendi erroribus correctis, ex adnotationibus additis, et glossis, quarum nonnullae in marginibus paginarum, hic illic aliena manu scriptae, leguntur, aliae multae in ipsum textum illatae sunt, ut in adnotatione nostra indicavimus. Si igitur de libri aetate quaerimus, distinguendum inter apographum quale nos habemus, et archetypum. Posterius hoc ad II[i] P. C. saeculi finem vel III[i] saeculi partem priorem referri posse multa sunt quae moneant, inprimis quae Pag. 6, vss. 1—12, collatis Pag. 16, vss. 23—34, traduntur de septem diebus hebdomadis, Planetarum nominibus distinctis, et eodem ordine, qui etiamnum viget, se invicem sequentibus. Dio Cassius, qui saeculo II exeunte floruit, *Histt. Romm.* XXXVII. 18, tradit, haud ita pridem ad reliquos populos ab Aegyptiis hanc dierum nominandorum rationem manasse, Graecorum antiquiorum temporibus ignotam; ad quem locum animadvertendum, ut monet Ideler, *Handb. der mathem. u. techn. Chronol.* I. 180, apud Dionem de usu tantum nominum dierum istorum in astrologia sermonem esse, non vero de eodem in vitam civilem introducto, quod ante cultum Christi Constantinorum tempore publice receptum et stabilitum, factum fuisse non videtur. Quum autem in Papyri locis quae citavimus praecipiatur de nomine diei ex ratione Graecorum, *εἰς τὸ Ἑλληνικόν*, quaerendo, et ipse ille septem dierum ordo *ἐς τὸ Ἑλληνικόν* indicetur, apparet tempore, quo archetypum scriptum fuit, hunc dierum nominandorum usum in vitam civilem saltem, nondum fuisse receptum. Cf. Reuvensius *Lettres*, App. p. 155. Praeterea Gnosticorum, Valentini inprimis et Marci doctrina florente, magnam Papyri partem fuisse compositam similia monent, quae in Papyro V deprehendimus: septem vocalium auctoritas, nominum barbarorum usus in formulis et invocationibus, cantilena, sive invocatio summi numinis (Pag. 17, vss. 14 seqq.), eadem fere in Papyro V, (Coll. 7 et 8) obvia; narratio de mundi creatione (Pag. 4, vss. 35, sqq., coll.

Pag. 11, vss. 30, sqq.) comparanda, ut Reuvensius monuit, et in adnot. ad eum locum diximus, cum alia ex Marci doctrina petita; magna porro vis quae nomini IAO tribuitur; ipsa quoque astrologiae praecepta in ejusdem Marci doctrinam recepta, ut apud Irenaeum *Haerr.* I. 14 legimus; librorum denique apocryphorum usus, ipsis quoque Marci discipulis valde frequens (Irenaeus ibid. I. 17). Quod Zoroastris scripta, ut supra diximus, citantur, in memoriam vocare possit Carpocratianorum sectam, philosophi Persae imaginem venerantium, Prodicianosque, ejusdem Zoroastris *Apocalypses*, libros astrologicos et thaumaturgos, sese possidere gloriantes; cf. Matter, *Hist. du Gnostic* II. 263, seq.

Apographum in Papyro nostro servatum aetati non multo recentiori quam ipsum prototypum adscribendum esse videtur, quum propter Papyri texturam satis bonam et formas literarum, tum ob Marci doctrinae vestigia in eo obvia, quae posteriori aevo certo tantam auctoritatem retinuisse haud potuerunt.

Paginae 20 priores et 21[a] quoque usque ad versum 22, eadem manu scriptae sunt, literarum tamen formis in fine Paginae 20[ae] et in sequenti aliquantulum gracilioribus; reliqua inde a Paginae 23[ae] vs. 23, ab alio scriptore addita sunt, eodem fortasse qui glossarum nonnullas textui adscripsit. Apographi scriptoris ignorantiae vel incuriae et posterioris quo vixit aevi usui tribuendum quoque erit, quod Grammaticorum leges violatas. vocales male permutatas, reliquas literas interdum transpositas, alias additas, et inferioris aetatis vocabula, Latina quoque pro Graecis usurpata deprehendimus, signa praeterea diacritica adscripta reperimus, quorum quaedem Graecis insueta fuerunt. Vocabula ab usitata significatione deflexa, vel ex alia lingua pro Graecis adhibita, et scribendi vitia in adnotatione indicavimus. Vocalium permutationum exempla quaedam citabimus: *αι* pro *ε* (Pag. 17, vs. 14, *ἀναίμων* pro *ἀνέμων*); *ε* pro *α* (Pag. 3, vs. 33 *ἶτε* pro *εἶτα*); *ε* pro *αι* (Pag. 8, vs. 12, *γυνεκός*, pro *γυναικός* et *ἐπικαλοῦμε* pro *ἐπικαλοῦμαι*, passim); *ε* pro *ει* (Pag. 1, vs. 25, *λεοτρίβησον*, pro *λειοτρίβησον*); *ε* pro *η* (Pag. 1, vs. 6, *γέϊνον*, pro *γήϊνον*); *ε* pro *ι* (Pag. 1, vs. 23, *ἐρεφύλλινον* pro *ἐριφύλλινον*); *ε* pro *υ* (Pag. 12, vs. 37, *ἐσέρεισε*, pro *ἐσύρισε*); *ει* pro *ι* (Pag. 1, vs. 31, *κρειοπρόςωπον* pro *κριοπρόςωπον*); *η* pro *ε* (Pag. 8, vs. 13, *ἡτέρῳ* pro *ἑτέρῳ*); *η* pro *ι* (Pag. 16, vs. 10, *ὑπερηφάνησεν*, pro *ὑπερηφάνισεν*); *η* pro *υ* (Pag. 5, vs. 6, *μηνήουσα* pro *μηνύουσα*); Pag. 8, vs. 20, (*θήρα* pro *θύρα*); Pag. 14, vs. 40, (*ἥμνησα* pro *ὕμνησα*); Pag. 15, vs. 39, (*μηστηρίων* pro *μυστήριον* cett.); *ι* pro *ε* (Pag. 2, vs. 13, *παραδέξιται* pro *καραδέξεται*; Pag. 8, vs. 7, *πέμπι* pro *πέμπε*); *ι* pro *ει* (ut *ἰς*, *ἶτα*, pro *εἰς*, *εἶτα* saepissime); *ι* pro *ῃ* (Pag. 8, vs. 20, *δεσπότι* pro *δεςπότῃ*); *ι* pro *υ* (Pag. 1, vs. 15, *βαρίς* pro *βαρύς*); *ο* pro *ω*, et *ω* pro *ο*, saepissime; *οι* pro *η* (Pag. 8, vs. 12, *τοῖς* pro *τῆς*); *οι* pro *υ* (Pag. 7, vs. 27, .*πολοιδυνάμενος*

pro *πολυδυνάμενος*); *υ* pro *ε* (Pag. 7, vs. 17, *πυριπατείτω* pro *περιπατειτω*); *υ* pro *ευ* (Pag. 9, vs. 26, *λυκόν*, pro *λευκόν*); *υ* pro *η* (Pag. 5, vs. 21, *σκῦπτρον* pro *σκῆπτρον*; Pag. 9, vs. 5, *συνψυφίσας*, pro *συμψηφίσας*); *υ* pro *ι* (Pag. 11, vs. 45, *πυκρίας*, pro *πικρίας*); *υ* pro *οι* (Pag. 7, vs. 32, *ἀνυχθήτω*, pro *ἀνοιχθήτω*; Pag. 12, vs. 37, *ηνυγηι*, pro *ἠνοίγη*, aut potius *ἀνεῴγη*, et alibi saepe). Reliquarum literarum *κ* tantum et *γ* permutatae (Pag. 9, vs. 25, *κεμείσας* pro *γεμίσας*; Pag. 16, vs. 47, *ὄκδοος* pro *ὀγδοάς*); *τ* et *δ* (Pag. 5, vs. 26, *ἰτών* pro *ἰδών*; *δέ* pro *τέ* passim); *ν* contra ante labiales et palatinas servata (*v.* c. *ἐνφυσήσας*, *συνκλείσης*, cett); *λ* duplicata (Pag. 9, vs. 27, *ἄσπελλον*, pro *ἄσπιλον*). In paucis vocibus literae transpositae, ubi *ρ*, a praecedenti palatina *κ* vel *γ* separata, post vocalem sequentem ponebatur (Pag. 1, vss. 39, 41, et saepius alibi, *κορκόδιλος* vel *κορκόδειλος*, pro *κροκόδειλος*, Pag. 9 vs. 43); vel secunda litera *ρ* inserta, (*κορκόρδειλον*; Pag. 16, vs. 39, *καρτῆρα*, pro *κρατῆρα*; Pag. 4, 7, *γαρφέσθω*, pro *γραφέσθω*). Literae deinde insertae, ut *μ* ante *ψ* (Pag. 16, vs. 38, *προςλήμψη*, pro *προςλήψη*); *ρ* ante *δ* (*κορκόρδειλος*, Pag. 9, vs. 23); quo pertinet quoque *ν* in fine nonnullarum vocium additum.

Spiritus asperi saepius indicantur signo ∠ supra vocalem addito. Signa diacritica aliaque saepissime adscripta haec :, *7*, vel duplicatum *77*, •, et —; 3 priora post voces, quartum vero, —, supra primam periodi vocem, ad majorem quamdam textus divisionem indicandam; •• saepe quoque supra vocalem posita.

Scribendi compendia porro haec usurpata:

—, lineola supra finem vocis ducta, pro *ν*, *ον*, *σαν*, et quavis posterioris vocabuli partis abreviatione.

κ, pro *καί*.

, pro *πον* (Pag. 1, vs. 31).

□ et ⊡ pro *ον* (ut *δικ*,□ i. e. *δίκαιον*); pro *νον* (ut *κ*,□ i. e. *καινόν*); pro *ὄνομα*, *ὀνόματος* cett., pro *θεός* (?), et pro simplici *ν* (ut in *ποτο*□, i. e. *πότον*).

♀, pro *δεῖνα*, interdum quoque pro *δέ*.

⊙ pro *οὐρανός*.

ℊ pro *ἥλιος*.

☽ et ☾ pro *σελήνη*.

✱ pro *ἀστηρ*.

ℵ et ℵ pro *πρός*.

ℵ pro *γράμματα*, *γράφε*, cett.

Papyrus Thebis repertus esse videtur, in eodem fortasse loco, unde Papyrus V,

Papyrus bilinguis I. 383 (*Descript. Rais.*), et Papyrus X provenerunt. Insigni Anastasii, viri nobilissimi benevolentia, post reliqua monumenta emta jam et in Neerlandiam transvecta, una cum altera Papyri V parte, Museo accessit. Reuvensius de eo egit, *Lettres. cet. App.* pgg. 151—157. In Musei monumentorum catalogo, (*Descript. Rais.*) breviter descripsimus, p. 122, 123. Scripturae specimina exhibemus Tab. II. nn. 1—5.

Pagina 1a.

Liber sacer, cognominatus Monas, octavus Moïsis, de nomine sancto. Continet autem haec. Sanctus mane dies 41, calculo ante instituto, ut ad conjunctionem in ariete advenerit (Luna). Para domum humilem, in qua ante annum nemo mortuus est. Sitque janua versus occasum spectans; et collocans in media domo aram terrenam et ligna cypressea, nuces pini dexteras decem, gallos gallinaceos duos, albos, illaesos, perfectos, et lampades duas quadrantarias quum impleveris oleo bono; et non amplius affundas, adveniente enim deo nimium foras expellentur. Praeparetur vero mensa suffimentis his, quae cognata sunt deo. Ex hoc vero libro Mercurius subfuratus, suffimentis nomina dedit in ipsius sacro libro, cognominato Pterux. Saturni quidem (cognatus est) styrax, est enim gravis et bene olens; Jovi vero malabathrum; Marti costus; Soli thus; Veneri nardus Indicus; Mercurio cassia; Lunae vero myrrha. Haec sunt occulta suffimenta, quod vero dicit in Clavi Moïses „instrues in omni ervo apricum faba Aegyptia" his indicat. Et, haec vero Manetho dixit in ipsius libro, inde auferens, 7 flores 7 astrorum, qui sunt: sampsuchum commune, hortense, lotus, eriphyllium, narcissus, viola alba, rosa; hos flores 21 dies ante consecrationem contere in albo mortario, et sicca in umbra et habe ipsos paratos ad diem illam. Antea vero constituunt quodnam

PAPYRUS W.

(Signa diacritica, quae in MSto addita sunt, formis aliquantum pinguioribus in textu expressa; voces et phrases, in MSto linea subterducta insignitas, eodem modo in textu distinximus.)

Pagina 1a.

θεός [1])

θεοί [1])

Βίβλος ἱερὰ, ἐπικαλουμένη Μονὰς, ἡ ὀγδόη Μοῦσέως, περὶ τοῦ ◻̄ [2]) *τοῦ ἁγείου* [3]). *Περιέχει δὲ οὕτως. Ἁγνὸς μεῖνον ἡμέρας μα', προψυφίσας* [4]) *ἵνα εἰς τὴν σύνοδον τὴν ἐν κρι* [1]) *κριῷ καταντήσῃ•. Ἔχε δὲ οἶκον ἐπίπεδον, ὅπου πρὸ ἐνιαυτοῦ• οὐδεὶς ἐτελεύτησε•, ἔστω δὲ ἡ θύρα πρὸς δυσμὰς βλέπουσα• καὶ ἀναπήξας μέσον τοῦ οἴκου βωμὸν γέϊνον* [5]], *καὶ ξύλα κυπαρίσσινα•, στροβίλους* [6]) *δεξιοὺς δέκα, ἀλέκτορας δύο, λευκοὺς, ἀσεινεῖς* [7]) *τελείους, καὶ λύχνους δύο τεταρτημορίους παηρώσας* [8]) *ἐλαίου χρηστοῦ. καὶ μηκέτι ἐπιχέῃς, εἰςηλθόντος* [9]) *γὰρ τοῦ θεοῦ περισσότερον ἔξα* [10]) *ὠθήσονται•. Ἀπυρτίσθω* [11]) *δὲ ἡ τράπεζα τοῖς ἐπιθύμασι* [12]) *τούτοις•, συνγενικοῖς* [13]) *οὖσι τοῦ θεοῦ•. Ἐκ δὲ ταύτης τῃ* [13]) *βίβλου Ἑρμῆς κλέψας, τὰ ἐπιθύματας* [14]) *προςεφώνησεν ἑαυτοῦ ἱερᾷ βύβλῳ•, ἐπικαλουμένῃ Πτέρυγι. Τοῦ μὲν Χρόνου• στύραξ•, ἐστὶν γὰρ βαρὶς•* [15]) *καὶ εὐώδης, τοῦ δὲ Διὸς μαλάβαθρον•, τοῦ δὲ Ἄρεως κόστος, τοῦ δὲ Ἡλίου λίβανον, τῆς δὲ Ἀφροδίτης νάρδος Ἴνδικος•, τοῦ δὲ Ἑρμοῦ κασία•, τῆς δὲ* ☽ [16]) *ζμύρνα* [17])•. *Ταῦτά ἐστιν τὰ ἀπόκρυφα ἐπιθυμιάματα•, ὃ δὲ λέγει ἐν τῇ Κλειδὶ Μοῦσης ,σκευάσεις ἐπὶ πάντος ὀρόβου ἡλιακὸν κυάμῳ Αἰγυπτίῳ, τούτοις λέγει.*

Καὶ, ταῦτα δὲ ὁ Μανεθῶς ἔλεγεν ἰδίᾳ βίβλῳ, ἐντεῦθεν βαστάσας, τὰ ζ' ἄνθη τῶν ἀστέρων, ἅ ἐστι• σάμψουχοι [18] *κοινὸν, κήπινον•, λώτινον•,* [19]) *ἐρεφύλλινον•,* [20]) *ναρκίσσινον•, λευκόϊνον•,* [21]) *ῥόδον. Ταῦτα τὰ ἄνθη πρὸ εἴκοσι μίας ἡμέρας τῆς τελητῆς* [22]) *λεοτρίβησον ἰς* [23]) *λευκὴν θυΐαν, καὶ ξήρανον ἐν σκιᾷ, καὶ ἔχε αὐτὰ ἕτοιμα εἰς τὴν ἡμέραν ἐκείνην· πρότερον δὲ συνιστάνουσι ἅ*

---

[1]) abundat. [2]) i. e. *ὀνόματος.* [3]) l. *ἁγίου.* [4]) l. *προψήφισας.* [5]) l. *γήϊνον.* [6]) In Pap. supra *ι* in *στροβίλους* additum *ε.* [7]) l. *ἀσινεῖς.* [8]) l. *πληρώσας.* [9]) l. *εἰςελθόντος.* [10]) l. *ἔξω*, vel *ἐξωσθήσονται.* [11]) l. *ἀπηρτίσθω.* [12]) l. *ἐπιθυμιάμασι—συγγενικοῖς.* [13]) l. *τῆς*, in Pap. scribitur *τῃ̄.* [14]) l. *ἐπιθυμιάματα.* [15]) l. *βαρύς.* [16]) i. e. *σελήνης.* [17]) l. *σμύρνα.* [18]) l. *σάμψυχον.* [19]) In Pap. *λώτινῶν.* [20]) l. *ἐριφύλλινον.* [21]) l. *λευκοΐινον.* [22]) l. *τελετῆς.* [23]) l. *λειοτρίβησον εἰς.*

tandem novilunium sit secundum deam horogenibus diis, quos habet in clave. Consecraberis vero ipse hoc modo. Fac ex similagine imagines 3, unam tauri, (alteram) hoedi, (tertiam) arietis capite instructas, singulas ipsorum in polo stantes, flagella habentes Aegyptiaca, et postquam ab omni parte ignem accenderis comede, recitans orationem horogenetam in Clavi, et necessariam ipsam et ephebdomaticas ordinatas (orationes), et eris consecratus ipse.

Deinde ad generalem constitutionem tene nitrum quadratum, in quo scribes magnum nomen septem vocalibus; pro poppysmo vero et sibilo scribe in una parte nitri, crocodilum accipitris capite instructum, et in ipso stantem (deum) novem formas habentem. Nam ipse accipitris capite instructus crocodilus ad 4 conversiones deum (solem) salutat poppysmo; respirans enim poppysmum edit ex profundo.

Pagina 2a.

respirans enim poppysmum edit ex profundo, et respondet ipsi qui 9 formas (habet). Propterea loco poppysmi accipitris capite instructum crocodilum pinge, est enim prima extremitas nominis poppysmus, altera sibilus. Pro sibilo vero (pinge) draconem mordentem caudam, ita ut sint duo poppysmus et sibilus accipitris capite instructus crocodilus et (deus) novem formam habens supra stans, et circum hos draco et septem vocales. Sunt autem nomina 9, ante quae recita horogenes (orationes) ope stelae, et hemeresias, ephebdomaticas ordinatas, et harum necessariam; nam sine his deus non exaudiet, alioqui (non) initiatum non admittet, et nisi dominum

δήποτ' οὖν νεομηνία κατὰ θεὸν τοῖς ὡρογένεσιν[24]) θεοῖς•, οἷς ἔχει ἐν[25]) τῇ Κλειδί. Τελεοθήσῃ[26]) δὲ αὐτοῖς[27]) οὗ τος·[27]) Ποίησον ἐξ σεμιδάλεως[28]) ζώδια γ'· ταυροπρόσω[29]), τραγοπρόσω[29]), κρειοπρόσωπον[30]), ἓν ἕκαστον αὐτῶν[31]) ἐπὶ πόλου ἑστῶτα, μάστιγας ἔχοντα Αἰγυπτίας• καὶ περικαπνίσας κατάφαγε, λέγον[32]) τὸν λόγον τὸν ὡρογέν[η]τον ἐν τῇ Κλειδὶ, καὶ τὸν ἐπάναγκον αὐτὸν, καὶ τοὺς ἐφεβδοματικοὺς τεταγμένους, καὶ ἔσῃ τελεσμένος[33]) αὐτός. Ἔτα[34]) τῇ καθολικῇ συστάσει ἔχε νίτρον τετράγωνον[35]) εἰς ὃ γράψεις τὸ μέγα □[36]) ταῖς ἕπτα φωνέαις·[37]) ἀντὶ δὲ τοῦ ποππυσμοῦ καὶ τοῦ συριγμοῦ, γράψον εἰς τὸ ἓν μέρος τοῦ νίτρου κορκόδιλον[38]) ἱερακοπρόσωπον, καὶ αὐτῷ ἐφεστῶτα τὸν ἐννεάμορφον·[39]) αὐτὸς γὰρ ὁ ἱερακοπρόσωπος κορκόδειλος[40]) ἰς[41]) τὰς δ' τροπὰς τὸν θεὸν ἀσπάζεται τῷ ποππυσμῷ·[42]) ἀναπνεύσας γὰρ ποππ[ύζ]ει ἐκ τοῦ βυθοῦ,

Pagina 2a.

ἀναπνεύσας γὰρ ποππύζει ἐκ τοῦ βυθοῦ,[1]) καὶ ἀντιφωνεῖ αὐτῷ ὁ τὰς θ' μορφὰς[2])· δὶ ὃν[3]) ἀντὶ τοῦ ποππυσμοῦ τὸν ἱερακοπρόσωπον κορκόδειλον[4]) γράφε•, ἔστιν γὰρ ἡ πρώτη κερέα[5]) τοῦ □[6]) ὁ ποππυσμὸς, δεύτερον συριγμός. Ἀντὶ δὲ τοῦ συριγμοῦ δράκοντα δάκνοντα τὴν[7]) οὐρὰν•, ὥςτε εἶναι τὰ δύο ποππυσμὸν•, καὶ συριγμὸν, ἱερακοπρόσωπον κορκόδειλον• καὶ ἐννεάμορφον ἐπάνω ἑστῶτα, καὶ κύκλῳ τούτων δράκοντα καὶ τὰς ἕπτα φωνάς•. Ἔστιν δὲ □□[8]) θ', ὧν πρόλεγε τοὺς ὡρογενεῖς σὺν τῇ στήλῃ, καὶ τοὺς ἡμερησίοὺς, τοὺς ἐφεβδοματικοὺς τεταγένους[9]), καὶ τούτων[10]) τὸν ἐπάναγκον[11])· ἄτερ γὰρ τούτων[10]) ὁ εὸς[12]) οὐκ ἐπακούσεται•, ἄλλως μυστηρίαςτον[13]) οὐ παραδέξιται,[14]) καὶ ει μὴ τὸν κύριον

---

[24]) In Pap. *ὡρογέννεσιν*, altero *ν* raso. [25]) In Pap. *ἔχει ἓν*, l. fortasse *ἔχεις ἐν*. [26]) l. *τελεσθήσῃ*. [27]) l. *αὐτὸς οὕτως*. [28]) In Pap. *σεμιδάλοεως*, postea *ο* raso. [29]) i. e. *ταυροπρόσωπον, τραγοπρόσωπον*. [30]) l. *κριοπρόσωπον*. [31]) In Pap. *αὐτ̄*. [32]) In Pap. *λεγ. οὗτον*, l. *λέγων τὸν λόγον*. [33]) l. *τετελεσμένος*. [34]) l. *Εἶτα*. [35]) In Pap. *τετράγωνō*. [36]) i. e. *ὄνομα*. [37]) l. *φωναῖς*, vel *τοῖς ἕπτα φωνηεῖσι*. [38]) l. *κροκόδειλον*. [39]) In Pap. primum *ἐννεαφον*, deinde correctum *ἐννεάμορφον*. [40]) l. *κροκόδειλος*. [41]) l. *εἰς*. [42]) In Pap. *π̄οπυσμω*. [1]) *ἀναπνεύσας—βυθοῦ* abundant. [2]) omissum *ἔχων*. [3]) l. *διό*. [4]) l. *κροκόδειλον*. [5]) l. *κεραία*. [6]) i. e. *ὀνόματος*. [7]) In Pap. *τη̄*. [8]) i. e. *ὀνόματα*. [9]) l. *τεταγμένους*. [10]) In pap. *τουτω̄ν*. [11]) In Pap. *ἐπάναγκō*. [12]) l. *ὁ θεός*. [13]) l. *ἀμυστηρίαστον*. [14]) l. *παραδέξεται*.

diei ante nominaveris et horae saepius,
quam invenies tandem cito. Nam sine ipsis
ne unum quidem efficies in iis quae habes in Clave Moïsis.
Est vero sacra stela in nitro picta:
Invoco te omnium maximum, qui omnia
creavisti, te, ex te ipsum natum, omnia videntem et
non visum. Tu enim dedisti soli gloriam et
facultatem omnem, et lunae crescere et decrescere
et cursus habere ordinatos, nihil auferens antea
natarum tenebrarum, sed aequalitatem ipsorum distribuisti.
Te enim apparente et mundus exstitit et lux apparuit.
Tibi omnia subjecta sunt, cujus nemo deorum potest
videre veram formam, qui transformaris
in omnes, invisibilis in seculum seculi. Invoco te
domine, ut mihi appareas bona forma; quoniam servio
sub mundo tuo angelo. BIATHI
ARBARBERBIRS, CHIMTOURBOUPHROUMTRÓM ≯ et
tuo Metui (daemoni), DANOUPH, CHRATOR, BELBALI, BALBITHIAÓ.
Per te constitit polus et terra. Invoco
domine, te, veluti qui sub te dii apparent, ut potestatem habeant.
ECHEBUCRÓM, sol, cujus (est) gloria: AAA ÉÉÉ ≯,
óóó, III, AAA, óóó, SABAÓTH > ARBATHIAÓ,
ZAGOURÉ, deus, ARATHU, ADÓNAIE. Invoco
te domine: orneoglyphice ARAÏ; hieroglyphice
LAÏLAM; Hebraice ANOCH,
BIATHIARBATH, BERBIR, ECHILATOUR BOUPHROUMTROM;
Aegyptiace ALAABAEIM; cynocephalorum more ABRASAXOU;
accipitrum ratione CHI, CHI, CHI, CHI, CHI, CHI, CHI, TIPH, TIPH, TIPH;
hieratice

Pagina 3ª.

hieratice MENEPHÓIPHÓTH· cha, cha, cha, cha, cha, cha cha ≯≯.
Deinde plaude ter, poppysmum ede longum, et sibilum diu-

τῆς ἡμέρας προείπῃς, καὶ τῆς ὥρας πυκνότερον, ἣν εὑρήσεις ἐπὶ τέλους διὰ ταχήν• [15]) ἄτερ γὰρ αὐτῶν [16]) οὐδὲ ἓν ἀπερσάσει [17]), ἐν οἷς ἔχεις ἐν τῇ Κλειδὶ Μοϋ. [18]). Ἔστιν δὲ ἡ ἱερὰ στήλη ἡ ἐν τῷ νίτρῳ γραφομένη• Ἐπικαλοῦμαί σε, τῶν πάντων μείζονα, τὸν πάντα κτίσαντα, σὲ, τὸν ἀτογεννητὸν [19]), τὸν πάντα ὁρῶντα, καὶ μὴ ὁρώμενον. Σὺ γὰς ἔδωκας ☉ [20]) τὴν δόξαν καὶ τὴν δύναμιν ἅπᾶσαν, σελήνην αὔξειν καὶ ἀπολήγειν, καὶ δρόμους ἔχειν τακτοὺς, μηδὲν ἀφαιρήσας τοῦ προγενεστέρου σκότους•, ἀλλ᾽ ἰσότητα αὐτῶν ἐμέρισας. Σοῦ γὰρ ἐφανέντος [21]) καὶ κόσμος ἐγένετο, καὶ φῶς ἔφανε. [22]) Σοὶ πάντα ὑποτέτακται, οὗ [23]) οὐδεὶς θεῶν δύναται ἰδεῖν τὴν ἀληθινὴν μορφὴν•, ὁ μεταμορφούμενος [24]) εἰς πάντας, ἀόρατος, ἐφ᾽ αἰῶν᾽ αἰῶνος• Ἐπικαλοῦμαί σε κύριε•, ἵνα μοι φάνῃς ἀγαθῇ μορφῇ•, ὅτι δουλεύω ὑπὸ τὸν σὸν κόσμον, τῷ σῷ ἀγγέλῳ•, Βιαθι Αρβαρβερβιρς Χιμτουρβουφρουμτρωμ ϛ, καὶ τῷ σῷ Φόβῳ, Δανουφ, Χρατορ, Βελβαλι, Βαλβιθιαω•. Διὰ σὲ συνέστηκεν ὁ πόλος καὶ ἡ γῆ. Ἐπικαλοῦμαι κύριέ [25]), σε, ὡς οἱ ὑπὸ σοῦ θεοὶ φανέντες, ἵνα δύναμιν ἔχωσιν [26]). Εχεβυκρωμ, ☉ [27]), οὗ ἡ δόξα, ααα, ηηη ϛ ωωω, ιιι, ααα· ωωω, Σαβαωθ > Αρβαθιαω, Ζαγουρη. ὁ θεός, Αραθυ, Αδωναιε. Επικαλοῦμαί σε κύριε•, ὀρνεογλυφιστὶ, Αραι•, ἱερογλυφιστὶ [28]) ἱερογλυφιστὶ•, Λαϊλαμ• Ἀβραϊστὶ [29]), Ανοχ, Βιαθιαρβαθ, Βερβιρ, Εχιλατουρ, Βουφρουμτρομ· Αἰγυπτιστὶ, Αλααβαειμ• κυνοκεφαλιστὶ, Αβρασαξου, ἱερακιστὶ, χι, χι, χι, χι, χι, χι, χι, τιφ, τιφ, τιφ· ἱερατιστὶ,

Pagina 3a.

ἱερατιστὶ, Μενεφωϊφωθ· χα, χα, χα, χα, χα, χα, χα. ϛϛ ἶτα [1]) κρότησον [2]) γ', πόππυσον μακρὸν, σύρισον ἐπὶ

---

[15]) l. ταχύν, sc. χρόνον. [16]) In Pap. αὐτὸ͂ν. [17]) l. οὐδὲ ἓν ἀπεργάσῃ. [18]) l. Μοϋσέως. [19]) In Pap. ἆγεννητὸν. l. αὐτογενητόν. [20]) i. e. τῷ ἡλίῳ. [21]) l. φανέντος aut ἐπιφανέντος. [22]) l. ἐφάνη. [23]) In Pap. οῦ, fortasse ut spiritus asper indicetur. [24]) In Pap. μεταμορφουμε̅ν. [25]) In Pap. κυ̅. [26]) In Pap. εχῶς. [27]) i. e. ἥλιε. [28]) abundat. [29]) l. Ἑβραϊστι. [1]) l. Εἶτα. [2]) Prius scriptum κρότησαν.

turnum. Veni domine inculpate et illaese, nullum locum polluens, quoniam initiatus sum (sacris) tui nominis. Tene autem tabellam, in qua scribes quae tibi dicet, et gladium totum ferreum, ancipitem, ut, si suffimenta sacrifices, purum ab omnibus (te serves); et libationem vini dolium et vas mellis plenum, ut libare possis; omnia autem tibi adjaceant parata; tu vero in linteis vestibus esto puris vestitus, oleagino serto, faciens umbraculum hoc modo: sumens linteum purum inscribens fimbriae 365 deos, fac casam in quam ito initiatus. Tene autem et in collo cinnamomum, hoc enim gaudet numen, et (ei) potentiam praebuit. Tene et ex radice lauri adjutorem Apollinem sculptum, cui adstat tripus et Pythius draco. Sculpe vero in Apolline magnum nomen Aegyptio modo in pectore, transpositis literis comprehensum, BAÏNCHÓÓÓCHÓÓÓCHNIAB ʒ, et in dorso imaginis nomen hoc: ILILLOU, ILILLOU, ILILLOU; In Pythio dracone et tripode ʒ ITHÓR, MARMARAUGÉ, PHÓCHÓ PHÓBÓCH. Tene autem hoc prope collum quum initiaveris adjutorem in omnibus cum cinnamomo. Quum vero te lustraveris igitur uti supra dixi, dies septem, ante lunae defectum, circa tempus,

μῆκος. Ἧκε κύριε, ἀμώμητος, καὶ ἀπήμαντος[3], *ὁ μηδὲ ἕνα• τόπον μιαίνων, ὅτι τετέλεσμαί σου τὸ □.*[4] *Ἔχε δὲ πινακείτα*[5] *εἰς ἣν μέλεις*[6] *τρφιν*[6], *ὅσα σοι λέγει, καὶ μάχαιριν*[7] *ὁλοσίδηρον, δίστομον, ἵν', ἐὰν τὰ θύματα θύῃς*[8], *καθαρὸν ἀπὸ πάντων· καὶ σπονδῇ*[9], *οἴνου κεράμειον*[10], *καὶ ἀγγεῖον μέλιτος μεστὸν, ἵνα*[11] *δὲ πείσῃς•*[11] *πάντα δέ σοι παρακείσθω ἑτοῖμα. Σὺ δὲ ἐν ἐλίνοις*[12] *ἴσθσι•*[12], *καθαροῖς ἐστεμένος*[13], *ἐλαΐνῳ*[14] *στεφάνῳ, ποιήσας τὸν πέτασον*[15] *οὕτως.*[15] *Λαβὼν σινδόνα καθαρὰν, ἔνγραφον*[16] *κρόσῳ*[17] *τοὺς τξε'*[18] *θεούς, ποίησον καλύβην*[19], *ὑφ'*[20] *ἣν ἴθι τελούμενος'. Ἔχε• δὲ καὶ κατὰ τοῦ τραχήλου κιννάμωμον•, αὐτῷ γὰρ ἥδεται τὸ θεῖον, καὶ τὴν δύναμιν παρέσχετοι*[21]. *Ἔχε δὲ καὶ ἐκ ῥίζης δάφνης τὸν συνεργοῦντα*[22] *Ἀπόλλωνα γλυμμένον•*[23], *ᾧ παρέστηκεν τρίπους•, καὶ Πύθιος δράκων*[24]. *Γλύψον δὲ πὲρ*[25] *τὸν Ἀπόλλωνος*[25] *τὸ μέγα ὄνομα, Αἰγυπτιακῷ σχήματι, ἐπὶ τοῦ στήθους*[26] *ἀναγραμματιζόμενον, τὸ• Βαϊνχωωωχωωωχνιαβ•7 καὶ κατὰ τοῦ νότου*[27] *τοῦ ζωδίου τὸ □ τούτου•*[28], *Ιλιλλου, Ιλιλλου. Ιλιλλου•• περὶ δὲ τὸν Πύθιον δράκοντα•, καὶ τὸν τρίποδα*[29] *77, Ιθωρ, Μαρμαραυγη, Φωχω, •Φωβωχ• ἔχε δὲ τοῦτο κατὰ τοῦ τραχήλου, τελέσας συνεργὸν ὄντα*[30] *πάντα ντων*[30] *μετὰ τοῦ κινναμώμου* >. *Προαγγεύσας δὲ οὖν, ὡς πρόειπον, πρὸ ἑπτὰ ἡμερῶν*[31] ☽[32] *λειπούσης, κατὰ*

---

3) In Pap. *ἀπήμἅτος-* 4) i. e. *ὄνομα.* 5) l. *πινακίδα.* 6) l. *μέλλεις γράφειν.* 7) l. *μάχαιραν.* 8) In Pap. *θηυης*, sed priori *η* raso. 9) In Pap. prius scriptum *πάντος*, deinde correctum *πάντων*; pro *σκονδῇ* l. *σπονδήν.* 10) l. *κεράμιον.* 11) l. *ἵνα σπείσῃς.* 12) l. *λίνοις ἴσθι.* 13) l. *ἐσθημένος.* 14) l. *ἐλαΐνῳ.* 15) In Pap. *παίετασον οὗτος*, sed postea *αι* deleto, et *οὗτος* mutato in *οὕτως.* 16) l. *ἐγγράφων.* In Pap. additum *τούς*, sed postea deletum. 17) l. *κροσσῷ.* 18) In Pap. prius scriptum *τεξ*, sed *ε* deleto et postea in fine posito. 19) In Pap. *καλύβην φε*, sed duabus posterioribus literis deinde deletis. 20) In Pap. *η ὑφ'*, sed *η* deinde deleto. 21) l. *παρέσχετο.* 22) In Pap. *συνεργουντοντα*, sed *τον* deinde deleto. 23) l. *γεγλυμμένον.* 24) In Pap. *δράκὅν.* 25) l. *περὶ τὸν Ἀπόλλωνα.* 26) In Pap. *στουθησαν στήθους*, priori voce deinde deleta. 27) l. *νῶτον.* 28) l. *τοῦτο.* 29) In Pap. *τρίποδαν*, sed *ν* deinde deleto. 30) In Pap. *συνεροῦτα παντἅτων*, l. *συνεργοῦντα πάντα μετά*, aut *συνεργὸν ὄντα πάντων μετά*, cett. 31) In Pap. *ἡμεραων*, *α* deinde deleto. 32) i. e. *σελήνης.*

conjunctionis, humi cubans in storea juncea, mane surgens, solem saluta per septem dies; quotidie nominans horogenes deos primum, deinde ephebdomaticos ordinatos. Quum vero sciscitaveris dominum diei, hunc interpelle dicens: Domine, here, voco deum ad sacra sacrificia; sic faciens usque ad octavum diem. Veniens igitur ad diem (illum) media nocte hora quinta, quando quies adest, quum accenderis aram, tene adstantes duos gallinaceos, et duas lampades, sunto vero lampades quadrantariae, accensas, quibus non amplius affundes oleum. Incipe recitare stelam et mysterium dei, qui est scarabaeus. Habe autem craterem appositum, continentem lac nigrae bovis

Pagina 4a.

Primum apparuit lumen, lux, per quam stabilivit universum, nascebatur vero deus, cett.; hi enim sunt. Sic habet antigraphum.

lac nigrae bovis, et vinum sine aqua marina. Est enim initium et finis. Quum igitur scripseris in duabus partibus nitri, stelam, delambe unam partem, et alteram partem quum madefeceris in cratere ablue. Scribatur vero nitrum ex utrisque, suffimentis et floribus. Antequam autem exhaurias lac et vinum, pronuntiabis adlocutionem hanc; et quum pronuntiaveris ausculta in

τὴν σύνοδον χαμοκοιτῶν[33] *ἐπὶ ψιάθου θρύνης•*[34], *κατὰ πρωῒ ἀνιστανόμενος*[35], *τὸν ἥλιον*[36] *χαιρέτισον ἐπὶ ἕπτα ἡμέρας• καθ' ἡμέραν λέγον*[35] *τοὺς ὡρογενεῖς θεοὺς πρῶτον•, ἶτε*[36] *τοὺς ἐφεβδοματικοὺς τεταγμένος·*[37] *μαθὼν δὲ τὸν κύριον τῆς ἡμέρα•*[38], *ἐκεῖνον ἐνόχλει λέγων· Κύριε*[39] *τῇ πόστῇ*[40] *καλῶ τὸν θεόν•, ἶτα*[41] *ἱερὰς θυσίας. αὐτῷ ποιῶ*[41], *ἄχρι*[42] *τῆς ὀγδόης ἡμέρας•. Ἐλθεὼν*[43] *οὖν ἐπὶ τὴν ἡμέραν•, τὸ μεσανύκτιον*[44], *ὥρᾳ πέπτῃ•*[45], *ὅταν ἡσυχία γένηται•, ἄναψας τὸν βωμὸν, ἔχε παρεστῶτας τοὺς δύο ἀλεκτρύονας•, καὶ τοὺς δύο λύχνους•, ἤτωσαν*[46] *δὲ οἱ λύχνοι*[47] *τεταρτημόριοι•, ἡμένος•*[48], *οἷς οὐκέτι ἐπιβαλεῖς ἔλαιον• ἄρξαι λέγειν τὴν στήλην καὶ τὸ μύστηριον τοῦ θεοῦ•, ὅ*[49] *ἐστιν κάνθαρος. Ἔχε δὲ κρατῆρα παρακείμενον, ἔχοντα γάλα μελαίνς*[50] *βοὸς,*

Pagina 4ª.

πρ πρῶτον[1] *ἐφάνη φῶς, αὐγὴ, δἰ ἧς ἔστησε τὰ πάντα, ἐγένετο δὲ θεὸς κατ.*[2] *οὗτοι γάρ εἰσι. Οὕτως εἶχε τὸ ἀντίγραφον*[1].

γάλα μελαίνης βοὸς[3], *καὶ οἶνον ἀθάλασον*[4]. *Ἔστιν γὰρ ἀρχὴ καί τέλος. Γράψας οὖν ἰς*[5] *τὰ δύο μέρη τοῦ νίτρου*[6] *τὴν στήλην, ἀπόλιξον*[7] *τὸ ἓν μέρος, καὶ τὸ ἓν μέρος βρέξας εἰς τὸν κρατῆρα ἀπόπλυμα*[8]. *Γαρφέσθω*[9] *δὲ τὸ νίτρον ἐξ ἀμφοτέρων, τῶν ἐπιθυμάτων*[10] *καὶ τῶν ἀνθέων•. Πρὸ τοῦ δέ σε ἀπορυφᾶν*[11] *τὸ γάλα καὶ τὸν οἶνον, ἐπερεῖς τὴν ἐντυχίαν ταύτην• καὶ εἰπὼν κατάκουε ἐπὶ τῶν*

---

Vs. 26. ἐπὶ τῆς βάρεως ἀνατέλλων. In scaphis Solem et Lunam cursus suos perficere Aegyptii putabant, ut tradit Plutarch. *De Is. et Os.* cap. 34, (cf. et Iamblichus, *De Mystt.* Sect. VII. 2. fine), et ex ipsis quoque monumentis probatur. Ceterum βάρις est vox ex Aegyptiorum lingua desumta, naviculi genus in Nilo usitatum significans, Aeg. bari.

ὁ δεῖνα διὰ σέ, ita esse legendum apparet ex *Pag.* 11. vs. 20, ubi est ὁ ♈, id est *aliquis*, *talis*, quod nos literis NN exprimere solemus. Sol autem dicitur ori, ἀνατέλλειν διά, *per* summum deum, id est jussu, potestate Dei.

Vs. 27. *ΑΛΑΒΙΑΕΙΜ*. Cf. ad *Pag.* 2. vs. 37, ubi legitur *ΑΛΑΑΒΑΕΙΜ*.

Vs. 27. κάτεστιν, idem quod ἐστίν; aut legendum fortasse πάρεστιν, *adsunt*, ita ut sit glossa qua indicatur vocis peregrinae praecedentis novem literas adesse.

Vs. 28. Δὲ ὁ (l. Ὁ δὲ) ἐπὶ τῆς βάρεως φανεὶς — κυνοκεφαλοκέρδων. Videtur

scriptori ob oculos versata fuisse scapha Solis, aut potius Dei Luni, in cujus prora cynocephalus deum adorat, cf. Champoll. *Panth.* tab. 30 (G); aut scapha in qua Solis discus inter duos cynocephalos, qualis vb. c. in stela sepulcrali Musei antiquarii, V. 34, exhibetur (*Descript. rais.* p. 276.) *Κυνοκεφαλοκέρδων*, idem est quod *κυνοκέφαλος*, de quo vid. Horapoll. *Hierogll.* I. 14—16, et quae ibi adnotavimus.

Vs. 30. *ὁ ἀριθμὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ*, *ΑΒΡΑCΞ* lege *ΑΒΡΑCΑΞ* aut *ΑΒΡΑΞΑΣ;* nam si hujus vocis literis numerorum potestatem tribuas, efficitur summa $Α+Β+Ρ+Α+Ξ+Α+Σ$, i. e. $1+2+100+1+60+1+200=365$ dierum.

Vs. 31. *ἱέραξ*. Accipiter inprimis dei Solis symbolum apud Aegyptios. Cff. quos laudavimus ad Horapoll. *Hierogll.* I. 6. p. 148; Champoll. *Panth.* ad. tab. 24. *d.* Accipiter in scaphae Solis prora saepe exhibetur in monumentis Aegyptiorum, vb. c. in Papyris funerariis astrologicis qui dicuntur, cursum solis nocturnum exhibentibus, cf. Musei antiq. *Pap.* I. 79; aut cernitur deus hieracocephalus in prora trudi scapham impellens, vb. c. in loculo ligneo ejusdem Musei, M. 20, cf. *Descr. Rais.* p. 168.

Vs. 33. *ὁ δὲ ἐννεάμορφος*, cf. supra ad *Pag.* 1. vs. 39; de nomine **ΜΕΝΕ-ΦΩΙΦΩΘ**, supra ad *Pag.* 2. vs. 37.

Vs. 35. *Εἰπὼν ἐκρότησε γ', καὶ ἐγέλασεν ὁ θεός.* Prius, *εἰπὼν ἐκρότησε γ'* utrum ad deum *ἐννεάμορφον*, an vero ad *θεὸν γελάσαντα* referendum sit non constat; posterior intelligendus est summus deus, *προπάτωρ*.

Vs. 37. *θεοὶ ζ' οἵτινες τὸν κόσμον περιέχουσιν*, sunt septem planetae.

Vs. 39. *ἐφάνη φῶς αὐτὴ, καὶ διηύγασεν τὰ πάντα.* Huc pertinet varians lectio, in superiori hujus paginae parte, ut diximus, adscripta; unde, collato quoque *Pag.* 11. vs. 35, tres diversas hujus loci lectiones eruere possumus: alteram, *καὶ ἐφάνη φῶς, αὐγὴ, καὶ διηύγασεν τὰ πάντα*, *et apparuit lumen, lux, et illustravit omnia*; alteram, *καὶ ἐφάνη φῶς, αὐγὴ, δι' ἧς ἔστησε τὰ πάντα*, *et apparuit lux, lumen, per quod stabilivit universum*; tertiam denique, quam praeferendam putamus, *καὶ ἐφάνη φῶς, αὐγὴ, καὶ διέστησεν τὰ πάντα, apparuit lux, lumen et separavit* (*Deus*) *omnia.* Secundam lectionem ex adnotatione in margine vs. 3, librarius in suo exemplari invenerat; quod porro post *κατ*, i. e. *καὶ τὰ λοιπά*, addit, *οὗτοι γάρ εἰσι*, referendum ad vs. 38, quoniam, ut ex textu, *Pag.* 11. vs. 33 discimus, alia exemplaria *αὐτοὶ γάρ εἰσι* habebant. Comparanda autem est (monente Reuvensio, *Lettres.* App. p. 154), haec creationis narratio cum iis quae apud Irenaeum, *Haerr.* I. cap. 10. § 4 fine ex Marci doctrina promuntur: *καὶ ὁ μὲν πρῶτος οὐρανὸς φθέγγεται τὸ Α, ὁ δὲ μετὰ τοῦτον τὸ Ε, ὁ δὲ τρίτος Η, τέταρτος δὲ καὶ μέσος τῶν ἑπτὰ τὸ τοῦ Ι δύναμιν ἐκφωνεῖ, πέμπ-*

τος τὸ Ο, ἔκτος δὲ τὸ Υ, ἕβδομος καὶ τέταρτος ἀπὸ μέρους (lege *ἀπὸ μέσου*) *τὸ Ω στοιχεῖον ἐκβοᾷ — αἵτινες δυνάμεις ὁμοῦ — πᾶσαι εἰς ἀλλήλας συμπλακεῖσαι ἠχοῦσι καὶ δοξάζουσιν ἐκεῖνον ὑφ᾽ οὗ παρεβλήθησαν· ἡ δὲ δόξα τῆς ἠχῆς ἀναπέμπεται εἰς τὸν προπάτορα. Ταύτης μέν τοι τῆς δοξολογίας τὸν ἦχον εἰς τὴν γῆν φερόμενόν φησι πλάστην γενέσθαι καὶ γεννήτορα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς.* Secundum Papyri nostri cosmopoeïam primum creata Lux, tunc Abyssus sive Aquae, 3° Intellectus, 4° Genus continens semen, 5° Fatum, 6° Occasio, 7° Anima; quae omnia Dei cachinnis ortum debebant; postea Deo sibilum edente apparuit Pythius draco, et quum poppysmum ediderat, Genius armatus; tandem nomine *ΙΑΩ* pronuntiato, natum aliud numen quod omnia in ordinem redegit.

Vs. 40. *ἐγένετο δὲ θεὸς ἐπὶ τοῦ κόσμου καὶ τοῦ πυρός.* Post creata mundum et ignem, deus quoque his praepositus apparuit; veluti creatis et divisis aquis, deus alius abysso praepositus, secundum vs. 43.

Vs. 42. *ἐγένετο τὸ ὕδωρ τριμερές*, intelligi videtur humidi partitio in: 1° vapores sive nebulas, vel aquam coelestem, 2° maria, et 3° flumina et fontes. Secundum Irenaeum, *Haerr.* I. Cap. 1. § 7, Valentiniani docebant ex Sophiae, aeonis, diu extra pleroma vagatae, lacrymis universa humida nata esse, ex risu ejus lucem, et ex tristitia et timore corporalia mundi elementa.

Vs. 43. *ἐκύρτανεν*, a verbo insolito *κυρταίνω*; aut legendum *ἐκυρτώσατο*, a *κυρτόω*, *curvo*, *inflecto*.

Vs. 45. *σὺ γὰρ εἶ ωηαιειων*, legendum fortasse *σὺ γὰρ εἶ ὁ ἀεὶ ὤν.*

Pagina 5.

Vs. 1. *διὰ τῆς πικρίας τοῦ θεοῦ νοῦς, ἢ φρένες, κατέχων καρδίαν.* Dicitur *Νοῦς* apparuisse *per amaritudinem dei*, veluti in loco Irenaei quem modo laudavimus, lux, aqua, cett. a (vel e) lacrymis, risu, timore nata. Voces *ἢ φρένες* in parenthesi sunt accipiendae, ita ut *κατέχων καρδίαν* ad *Νοῦς* referatur. Secundum Valentinianorum doctrinam, *Νοῦς*, qui et *Μονογενής* vocatur, ex ipso Propatore, sive Bytho, natus; vid. Irenaeus, *Haerr.* I. 1, itaque prima summi numinis explicatio, *διάθεσις*, *δύναμις*, primus Aeon, initium omnium creatorum habebatur; vid. Matter, *Hist. du Gnost.* II. 115. *Νοῦς κατέχων καρδίαν* significare videtur *Intellectus occupans cor*, *imperium tenens cordis*, et idem esse censetur qui *φρένες*. Alia ratione Pythagoras, secundum Diogen. Laërt. VIII. 1. § 30. mentem, *τὴν ψυχὴν* tribus partibus, quae sunt *νοῦς*, *φρένες* et *θυμός*, constare docuerat, quarum hanc tantum cordi inesse, duas priores cere-

brum occupare statuebat. Apud Aegyptios vero, secundum Horapoll. *Hierogll.* I. 7, cor habebatur animi sedes, ita ut hic *νοῦς*, sive, *φρένες* cor occupantes, de ipso animo accipienda essent, nisi animus, secundum vss. 25, 26, septimo demum loco a Deo creatus fuisse traderetur.

Vs. 2. *ἐκλήθη Ἑρμῆς*, quoniam ad hunc deum omnium artium et doctrinarum inventio refertur, aut, veluti *Pag.* 11, vss. 47, 48 additur, *δι' οὗ τὰ πάντα μεθερμήνευσται* (l. *μεθερμηνεύεται* aut *μεθηρμήνευσται*), *ἐστὶν δὲ ἐπὶ τὸν* (l. *τῶν*) *φρενῶν*, *δι' οὗ οἰκονομήθη* (l. *ᾠκονομήθη*) *τὸ πᾶν*. De nomine barbaro *ΣΕΜΕΣΙΛΑΜ*, quod *ΣΕΜΕΣΙΛΑΜΠΕ* legendum, vid. ad Pap. V. Col. 2 vs. 24.

Vss. 4, 5. *γέννα καρτοῦσα* (l. *κρατοῦσα*) *σποράν*. *Genus*, *stirps continens semen* omnium rerum, nam *Pag.* 11, vs. 50 additur *πάντων*; significatur autem principium omnium quae vita praedita sunt semina complectens.

Vs. 13. *οὗτος εἶχτο ἀντιγρεῖναι* Legendum videtur *οὕτως εἶχε* (vel *ἔχει*) *τὸ ἀντίγρ(αφον)*. Adnotatio librarii textui inserta, *ita habet antigraphum*, ita legitur in antigrapho, exemplari. *εἶναι* abundat. Sed totus hic textus de cosmogonia misere conturbatus, et si non prorsus, attamen magnam partem ex comparatione alterius ejusdem cosmogoniae textus, qui paginis 11 ad 13 redit, restitui possit.

Ex summi dei risu nati septem dii (*Pag.* 4 vs. 36, comp. *Pag.* 11 vs. 32). Deo primum cachinnato apparuit Lux, *Φῶς*, *Αὐγή*. (*Pag.* 4 vs. 58), Comp. *Pag.* 11 vs. 34 seq.). Secundus cachinnus produxit aquam tripartitam, *Ὕδωρ*, et deum Abysso praepositum (*Pag.* 4 vs. 41 seq. comp. *Pag.* 11 vs. 40 seq.). Tertius cachinnus Intellectum, *Νοῦν*, cui praepositus Hermes, (*Pag.* 4 vs. 41 et *Pag.* 5 vss. 1, 2; comp. *Pag.* 12 vss. 44 sqq.). Post quartum cachinnum apparuit genus continens semen, *γέννα κρατοῦσα σποράν* (*Pag.* 5 vss. 3, seqq.; Comp. *Pag.* 11 vss. 50 seqq.). Post quintum cachinnum Fatum, *Μοῖρα*, libram tenens, justitiae symbolum, (*Pag.* 5 vs. 6 seq.; Comp. *Pag.* 12 vs. 1 seq.). Tunc memoratur rixa Hermetem inter et Fatum (*Pag.* 5 vss. 13 seqq.) quae ex comparatione alterius textus, Pg. 12, hic ita sunt corrigenda, ut post *Pag.* 5 vs. 7, *ἐν ἑαυτῇ τὸ δίκαιον*, sequantur vss. 13—20 *βοιροθ γρ(αμμάτων) μθ'*. Comp. *Pag.* 12 vss. 3 et seqq. usque ad 13, *γρ(αμμάτων) μθ'*. Reliqua, *Pag.* 5 vs. 7 inde ab ⌑ *λέγει τὴν βάριν* cett. usque ad vs. 13 *ἀντιγρεῖναι* (*οὕτως ἔχει τὸ ἀντίγραφον*) *εἶναι*) sunt expungenda, huc saltem non pertinent.

Post sextum cachinnum Dei (*Pag.* 5 vs. 20 seq.; Comp. *Pag.* 12 vs. 13 seqq.) apparuit Occasio, Oppertunitas, *Καιρός* sceptrum tenens. Post septimum demum cachinnum Anima, *Ψυχή*, nata (*Pag.* 5 vs. 26 seq.; Comp. *Pag.* 12 vss. 28 seqq.). Tunc omnia moveri, circumagi ceperunt,

et Hermeti ceteris diis viam indicandi munus tributum. (*Pag.* 12, vs. 29 seqq.

Deinde Deus poppysmum edidit et apparuit Terror, Metus, *Φόβος*, armis indutus, (*Pag.* 5, vss. 31 seqq.; Comp. *Pag.* 12, vss. 34 seqq.) et denique per Dei syrismum, terra genuit draconem Pythium (*Pag.* 5, vss. 27 seqq. Comp. *Pag.* 12, vss. 37 seqq.).

Verba, vss. 7, 8: ☐ *λέγει τὴν βάριν, ἐφ' ἧ ἀναβαίνει ἀνατέλλων τῷ κόσμῳ* fortasse servanda et vs. 20° post *γραμμάτων* ponenda, ita ut tamquam interpretationem nominis barbari 49 literarum offerant.

Vs. 17. *τὸ ☐ ἀναγραμματιζόμενον*, *inversa ratione scriptum*, ita ut posterior litera primo loco ponatur, penultima secundo, et sic deinceps; veluti in notissimo illo nomine barbaro *ΑΒΛΑΝΑΘΑΝΑΛΒΑ*, de quo vid. ad Pap. V, *Col.* 2 vs. 24. Sic Fati nomen, vss. 18 et 19, enuntiatur primum recto ordine, deinde inverso scriptum, *ΘΟΡΙΟΒΡΙΤΙΤΑΜΜΑΩΡΡΑΓΓΑΔΩΙ*.

Vs. 22. *ἐπέδωκεν τῷ θεῷ τῷ πρωτωκτίστῳ* (l. *πρωτοκτίστῳ*) *τὸ σκῆπτρον*. *Καῖρος*, *opportunitas*, sive *occasio* sceptrum, dominii symbolum tradidit *deo primum creato*, hoc est deo ante ipsam creato, quo vel deus, *Pag.* 4, vs. 40 memoratus, vel Mercurius indicari possit. Illud tamen verisimilius puto, quoniam deus ille sceptrum accipiens, luminis gloriae *Καῖρον* post se participem futurum dicit vs. 23.

Vs. 25. *γραμμάτων λς'*, nominis barbari literarum numero prima vox *ΑΝΟΧ*, pronomen Hebraïcum, *ego*, ut saepius non computatur. Ceterum ex *Pag.* 12, vss. 17—26, ante hoc nomen, nonnulla inserenda videntur.

Vs. 26. *ἐδάκρυσε*. *Pag.* 12, vs. 28. Deus non dicitur lacrimasse, sed cachinnatus esse, anhelitu ducto.

Vs. 26. *ἐσύρισε*. *Pag.* 12, vs. 33. Deus primum poppysmum deinde vero sibilum edidisse dicitur, ita ut primum deus armatus, Terror natus fuerit, deinde vero Pythius draco.

Vs. 33. *ἰσχυρότερον*. Deus Propator videns hominem vel daemonem armatum ex terra prodire, obstupescebat, timens ne forte deum quoque produceret terra; quapropter nomine *ΙΑΩ* pronuntiando deum creavit, qui omnia in ordinem redigeret et rebus creatis praeesset. Ex Valentinianorum quoque doctrina ope nominis mystici *ΙΑΩ*, dei supremi jussu, Horus inter reliquos Aeones et in pleromate divino ordinem restituit. Cf. Irenaeus *Haerr.* I. 1 § 7, Matter *Hist. du Gnost.* II. 128, Reuvensius *Lettres*, App. 154.

Vs. 36. *ὁ πρότερος* (l. *πρώτερος*) id est *ὁ ἔνοπλος*, ex poppysmo oriundus. Et haec quoque ex textu repitito, *Pag.* 12, vss. 48, sqq. sunt supplenda.

Vs. 40. *Κύριε ἀπομιμοῦμαι* cett. Haec usque ad vs. 43, iterum citantur *Pag.* 16, vs. 4—6.

Vs. 44. *Ἐπὰν εἰσέλθῃ ὁ θεός*. Haec usque ad vs. 45 iterum leguntur *Pag.* 13, vss. 18—21.

Vs. 45. *τῆς σκηνῆς*, intelligi videtur *umbraculum*, *πέτασος* vel *casa*, *καλύβη*, supra, *Pag.* 13, vss. 11 et 13 memorata.

Vs. 47. Cum hoc versu et iis quae *Pag.* 6, vss. 1—12 sequuntur comparari debent *Pag.* 16, vss 22—34.

πολεύοντος, id est *κυρίου ἡμέρας*. Vidd. quae adnotavimus ad *Pag.* 2, vs. 10.

Pagina 6ª.

Vs. 1. *τῆς θεοσωφίας* (l. *θεοσοφίας*). De hoc versu, aliena manu in margine superiori paginae adscripto, cf. infra ad vs. 22.

Vs. 2. *ἑπτάζωνος*, est, ut ex sententia apparet, *tabula septem zonarum* sive *septem planetarum*. *Ἡ ἑπτάζωνος*, vel *τὸ ἑπτάζωνον* vocabatur systema septem planetarum, quoniam unusquisque planeta certam zonam sortitus fuisse credebatur, in qua cursum vel ambitum suum circum terram perficeret. Vid. Paul. Alex. *Apotelesmm.* cap. *Περὶ τοῦ πολεύοντος καὶ διέποντος*, fol. I. 4. — Planetae apud Aegyptios numerari solebant secundum celeritatem qua moverentur, vid. Dio Cass. XXXVII. 17; Procl. Diad. L. II. cap. 10; itaque contrario ordine, quo in Papyro nostro vss. 6—12 se invicem sequuntur.

Vs. 3. *Ἐὰν γὰρ ἡμέρα ☉ εἰς τὸ Ἑλληνικὸν, ☾ πολεύει. Si enim dies Solis est secundum Graecorum rationem, Luna eum diem regit. Εἰς τὸ Ἑλληνικόν*, *secundum Graecos*, secundum usum apud Graecos receptum. Aegyptiorum astrologos dies septem planetarum nominibus insignivisse, indeque illum usum, apud Graecos antiquissimos ignotum, ad reliquos populos, Romanos inprimis manasse, tradit Dio Cassius, l. c. cap. 18; itaque *εις τὸ Ἑλληνικόν* de recentioribus Graecis accipiendum. Ceterum ratio quae hic traditur, planetae diem regentis sive *τοῦ πολεύοντος* inveniendi, prorsus differt ab ea quam ex antiquorum scriptis astrologicis cognoscimus, et secundum quam planeta a quo dies nominatur eundem quoque diem regit (cf. supra ad *Pag.* 2, vs. 10; et Paul. Alex. loco quem modo citavimus f°. K); contra ex Papyri nostri doctrina diem Solis Luna regit, Lunae Mercurius, et sic deinceps, ita ut diei Saturni ipse Saturnus imperium sortiatur.

Vs. 16. *Ὁμοίως καὶ ποιήσεις τὸν ὅροβον*. Vidd. quae supra adnotavimus ad *Pag.* 1, vs. 19.

Vs. 19. *Ὑποτάξω — τὰς χεῖρας* (l. *χρείας*). Sequuntur jam usque ad *Pag.* 8ae finem, formulae operationum magicarum, ope sancti nominis peragendarum.

Vs. 20. ἅς — ἐδέλησαν (l. ἐθέλησαν) intelligitur καταλαμβάνεσθαι aut simile quid.

Vs. 22. πλησθεὶς τῆς θεοσοφίας, hic inserenda quae in margine superiori paginae, (vs. 1.) adscripta sunt, quippe a librario ommissa; itaque legendum fortasse inde a vs. 21: Ὡς δὲ ἐξώρκισά σε — πλησθεὶς τῆς θεοσοφίας, ἀνεύρετον ποίησον τὴν βίβλον; i. e. *fac ne liber ab aliis indagetur, legatur.* — Signum > ante initium versus 22 spectat glossam versui illi 1° adscriptam.

Vs. 23. ἀμαυρά, intelligitur χρεία, et spectat primam operationem magicam; qua invisibilem te reddas, vss. 23—25 descriptam.

Vs. 25. τὸ ὄνομα, id est τὸ ἅγιον ὄνομα, ex septem vocalibus compositum.

Vs. 26. Ἐπὶ δὲ ἀγωγῆs. *In allectatione*, id est si homines ad mutuam amicitiam, mutuumque amorem allicere velis. Spectant autem haec τὰ ἀγώγιμα, quae una cum τοῖς φίλτροις ab Irenaeo, *Haerr.* I. 9. § 2 memorantur. Praepositio πρός solito compendio literae ρ τῷ π inscriptae in Papyro exprimitur.

Vs. 27. μυρικωναι. Ex ipsa hujus operationis descriptione, apparet legendum esse μὴ ἰκνεῖσθαι, aut μὴ ἀγῆναι, ἄγεσθαι aut simile quid; priori formula homines ad se invicem allectandi erant; hac vero, qualis in Pap. V. *Col.* 11, vs. 15 Διακοπός vocatur, homines a se invicem separandi.

Vs. 29. τῆς οὐρᾶς αὐτῶν. Videtur deesse aliquid, nam αὐτῶν referri tantum possit ad ἄνδρα et γυναῖκα; nisi legendum sit αὐτοῦ et intelligendum de cane, qua ratione ante εἰπών distinguendum, ita ut sit: *depone stercus caninum in vertebra caudae canis*, *pronuntians* (*sanctum*) *nomen*, *et ter dicens: Disscindo* (vel *separo*) *talem a tali*, *NN* ab *NN*.

Vs. 30. δαιμονιζομένῳ, proprie *a daemone vexato*, quod dicebatur de homine, qui morbo graviori, cujusque causa et medela ignorabantur, correptus erat; hic usurpari videtur de morbo comitiali. Plinius certe *Hist. Nat.* sulphur (XXXV. 50, med.) et bitumen (ibid. 51. fine) inter hujus morbi medicamenta recenset.

Vs. 32. λαλήσει καὶ ἀπελεύσεται, prius ad aegrotum, posterius ad daemonem referendum, nisi ἀπελεύσεται accipiendum quoque sit de aegroto, postquam sanatus esset, abituro.

Ἐὰν εἰπῇς, intelligitur τὸ ὄνομα.

Vs. 38. Θυμοκάτοχον πρὸς βασιλεῖς ἢ μεγειστάναις (l. μεγιστάνας). In Pap. V. *Col.* 6, vss. 4—6 praescribitur de remedio quo ira cohibeatur; et *Col.* 8, v. 31 agitur de annulo, qui βασιλέων ὀργὰς καὶ δεσποτῶν παύει.

Vs. 39. ἄγε τὰς χεῖρας cett. Et hic quaedam excidisse videntur, aut ordo verborum est conturbatus, ita ut sit legendum, omissis ἄγε et ὁ △, βαλὼν ἅμμα τοῦ παλλίου σου ἢ τοῦ ἐπικαρσίου, τὰς χεῖρας ἐντὸς ἔχων, λέγε τὸ ▯, καὶ θαυμ, compendio pro θαυμαστὸς ἔσῃ, vel

θαυμασθήσῃ. Annulus magicus, de quo in *Pap.* V. *Col.* 8, (vs. 24) agitur, *καὶ θαυμαστοὺς ποιεῖ.*

Vs. 40. *ἐπικάρσιον*, est *vestimenti* genus, et ut ex hoc loco patet *pallii* usum praestans; qua significatione vox ea seriori demum saeculo usurpata fuisse videtur. Cf. Meursii *Gloss. Graeco-Barb.* in voce.

Vs. 41. *'Εὰν πρὸς λύσιν φαρμάγων* (l. *φαρμάκων*) intellige *χρήσῃ τῷ ὀνόματι. Λύσις* accipienda de vi medicamentorum, venenorum frangenda, solvenda.

Vs. 41. *ἱερατικὸν κόλλημα*, vix dubito quin *ἱεράκιον κόλλημα* legendum sit, et intelligendum de hieracio collyrio, quod apud Plinium, *Hist. Nat.* XXXIV. 27, memoratur

Vs. 42. ☉ *δεῖξις*, *Formula solem ostendendi*, id est qua sol cogatur ut luceat, appareat. Cff. infra *Pag.* 8, vss. 23—26.

Vs. 43. ⊙ *καὶ γῆς.* Compendio hoc *οὐρανόν* indicari apparet ex sensu, et probatur *Pag.* 20, vs. 37, *Pag.* 21, vs. 1.

Vs. 45. *ὁ ἀρχάγγελος — ὁ ὑπ' αὐτὸν τὸν ἕνα καὶ μόνον τεταγμένος*, proprie haec in vocativo ponenda fuerant, ut convenirent cum *αὐθέντα ἥλιε;* nam his omnibus sol compellatur. — *τὸν ἕνα καὶ μόνον*, i. e. propatorem, summum, ignotumque deum. Ex Secundi, Valentiniani discipuli doctrina. *προαρχὴ προανεννόητος*, *ἀῤῥητός τε καὶ ἀνονόμαστος μονότης* vocabatur, quacum conjuncta erat *ἑνότης*; haec autem duo *μονότης καὶ ἑνότης, μονάς τε καὶ τὸ ἕν προήκαντο τὰς λοιπὰς προβολὰς τῶν Αἰώνων.* Vid. Irenaeus *adv. Haerr.* I, cap. 5, § 2.

Vs. 50. *"Αφυφις*, l. *"Απωφις*; nomen serpentis, deorum sed solis inprimis, adversarii apud Aegyptios, in inscriptionibus hieroglyphicis, A p p., **ⲁⲡⲡ**, **ⲁⲡⲫ** Apop, Apoph vocati. Vid. Champ. *Gr. Eg.* 126.

Βάϊν, Aegyptiacum b a, **ⲃⲁⲓ**, *ramus palmae.*

Pagina 7ᵃ.

Vs. 3. *Πρόγνωσις ἥδε τῇ προειρημένῃ πράξει τῇ διὰ τοῦ νίτρου*; videtur intelligi operatio *Pagg.* 1—6, vs. 18 descripta; rationem autem vel formulam qua praesagium sumatur, non exponit, quoniam discipulo vel filio praesente saepius fecerat, vid. vs. 4.

Vs. 4. *'Αβλεψίας δὲ οὕτως*, intellige *τὴν πρᾶξιν ἐποίησα*, vel *ποιει.*

Vs. 5. *τὸ πρωτοφαὲς καὶ σκότος;* l. fortasse *πρωτοφανές*, aut *πρωτοφυές*; ita tenebrae vocantur, quoniam lumini praecesserunt; supra *Pag.* 2, vss. 20—23, *Σὺ γὰρ ἔδωκας* ☉ *τὴν δόξαν — μηδὲν ἀφαιρήσας τοῦ προγενεστέρου σκότους.*

Vs. 6. *τοῦ* ♀ legendum videtur *τὸν* ♀, ita ut inserendum sit nomen ejus qui formulam recitat. *Αὐτογενέτορα, αὐτογεννήτορα* vel *ἑαυτοῦ γεννήτορα*,

ipsum sui auctorem, genitorem τὸν λόγον, verbum (i. e. Christum) vocavit Marcus. Vid. Irenaeus *adv. Haerr.* I. 10. § 2, fine.

Vs. 10. *Θαύθ, Θώθ, Θεύθ* sive *Θωύθ*, Copt. ⲑⲱⲟⲩⲑ, est Agyptiorum Deus, quem Hermeti suo sive Mercurio, assimularunt Graeci, et ad quem literarum et artium scientiarumque omnium inventio referebatur; cff. quae ad Horapoll. *Hierogll.* I. 36, adnotavimus. Ceterum nominativum hic pro vocativo poni vix opus est ut moneamus.

Vs. 12. *ἐν ὀνόμασι*, nescio an voluerit *ἐν σώμασι*, *fac ut ominium creatorum corpora, formas induere possim.*

Vs. 18. *ὁ ποιῶν. Ποιεῖν* hic, ut alibi *πράσσειν*, significat *magica tractare, operari.*

Vs. 25. *ὅτι ἐγώ ἰμί* (l. *εἰμί*) *τις*. omittendum fortasse *τίς*, ita ut exorcista se nomine sacro indicaverit.

Vs. 30. *τοῦ* ♂ *τὸ* ◻, *ἀπὸ τοῦ* ***ΧΕΒΟΥΚΡΩΜ;*** vid. supra *Pag.* 4, vs. 15, ubi scribitur ***ΑΧΕΒΥΚΡΩΜ;*** comp. *Pag.* 2, vs. 34.

Vs. 36. *ὁ αἰὼν ἐπιβαλλόμενος πυρὸ ὡς ἀμίαντον*, (l. *πυρὶ ὡς ἀμίαντος*); intelligitur deus, cujus ignis *opus* et *inventum* est; vocatur autem *αἰών*, *aeon*, quoniam et ipse ille deus unus habebatur ex viribus, (*δυνάμεις* vel *διαθέσεις* dicuntur) summi numinis, Propatoris, quae *aeonum* nomine a Gnosticis insigniebantur. De iis vid. Matter, *Hist. du Gnost.* II. 111, note 1.

Vs. 45. *Ὀνειροπομπόν.* Alias somnia immittendi formulas vide in Papyro V. *Col.* 4, vss. 1—33 et *Col.* 5, vss. 1—3.

Vs. 48. *τοῦ* ***ΒΙΕΒΕΤΝΕΗΣΙ***, aut, veluti *Pag.* 8, vs. 1 legitur, ***ΒΕΒΕΤΝΕΗΣΙ***, videtur esse nomen barbarum, metallum fortasse, aliudve quid hippopotami ventri imponendum significans.

Vs. 49. *τὸ καλούμενον* ***ΒΑΛΛΑΘΑ***, *τὸ τῶν Ἰουδαίων.* Nomen peregrinum derivari possit ab Hebraeorum בָּלַל, *miscuit*, *perfudit*, *maduit;* sed legendum fortasse ***ΒΩΡΙΘΑ***, Hebraïcum בֹּרִית, *στρουθίον*, sive *saponaria*, herba qua saponis loco utebantur veteres.

Pagina 8.

Vs. 4. *χάρτην ἱερατικόν.* Papyrus hieraticus, vel charta hieratica appellabantur, quae religiosis tantum voluminibus scribendis inserviebant, ut Plinius, *Hist. Nat.* XIII, 23.

Vs. 5. *εἱλήσας.* an *εἰλήσας* scribendum sit, incertum; priori ratione accipiendum de ellychnio, solis radiis *calefaciendo;* si *εἰλήσας* praeferatur, intelligendum de ellychnio bene *torquendo.*

Vs. 8. *Λαβὼν σηκαλέοντας τοὺς ἐν αράχνῃ.* Legendum fortasse *Λαβὼν σηκοὺς*

τοὺς ὄντας ἐν τῇ ἀράχνῃ, *nidulos in tela araneae;* nisi fortasse vocem Latinam usurpaverit aut cogitaverit scriptor *σακκούλους*, sacculos, posterioris aevi Graecis satis tritam.

Vs. 14, 15. *ΒΙΒΙΟΥ — ΣΦΗ β'*, id est *ΣΦΗ*, *bis*. Cf. Pap. V. *Col.* 3, vs. 8 et quae adnotavimus ad vs. 6.

Vs. 16. *ἄνοιγε τὰ δ' μέρη τοῦ κόσμου*. Videntur referenda ad quatuor portas universi, septemtrionalem, meridionalem, orientalem, occidentalem, quas Thoth deo Re, sive Soli et animis defunctorum aperit in Papyris Aegyptiorum funebribus; cf. Lepsius *Das Todtenbuch der Aegypter*, Tab. LXXVI. cap. 161, et Monumentorum Aegyptiacorum, quae edidimus (*Aegyptische Monumenten v. h. Nederl. Mus. v. Oudh.*) *Pap.* T. 1. Fasc. 3. Tab. XV nn. 305—308; *Pap.* I. 16. *Fasc.* 27. Tab. XXXIX.

Vs. 18. *Δεκάνων ἀγγέλων*. *Δέκανοι* apud astrologos sunt *θεοὶ ὡροσκόποι* triginta, qui natalibus praesunt. Sed hic potius accipiendum videtur ex Valentinianorum Gnosticorum, Basilidis quoque et Bardesanis doctrina, de triginta sex decanis, principibus seu gubernatoribus unius cujusque triginta sex Zodiaci decuriarum, quae singulae decem partibus constabant et omnes simul 360 partes aut stellas complectebantur. Angeli hi decani superioris ordinis archangelis obediebant. Comp. Matter, *Hist. du Gnost.* I. p. 314.

ὁ Αἰὼν Αἰῶνος. *Aeon Aeonis*, seu summus Aeon, summus deus ex quo omnes aeones originem duxerunt. V. adnot. ad *Pag.* 2, vs. 27 et comp. *Pag.* 13, vs. 36. Ex Valentinianorum gnosticorum doctrina *Αἰῶνες* substantiae, *ὑποστάσεις*, erant, quae ex summo deo invisibili emanarunt, in quibus summus deus se manifestaverat et qui ejusdem divinae naturae participes erant. Irenaeus *adv. Haerr.* I. cap. 1, *Λέγουσι γάρ τινα εἶναι ἐν ἀοράτοις καὶ ἀκατονομάστοις ὑψώμασι τέλειον Αἰῶνα προόντα — τοῦτον δὲ καὶ βυθὸν καλοῦσιν*. Ex Bytho et *Ἐννοίᾳ συζυγίᾳ* ejus ortus *Νοῦς*, prima potestatum divinarum quae ex deo emanarunt, temporis ordine primus inter Aeones. Secundum Carpocratianos quoque summus deus, Monas, *μία ἀρχὴ*, *πατὴρ ὅλων*, *ἄγνωστος*, *ἀκατονόμαστος* vocatur. V. Matter *Hist. d. Gnost.* II. 4. pp. 111—113, 265. In cultu Mithrae deus, Aeonis nomine notus, filius Chroni et deus aeternitatis, cujus imagines humano corpore exhibentur, sed capite leonino, duabus vel etiam quatuor alis expansis instructo, dextra sceptrum vel perticam, sinistra unam duasve claves tenentibus, serpente dei corpori se circumvolvente. Vide *Museum Pio-Clementinum* II. tab. 19; Zoëga *Bassirelievi* II. tab. 32; Millin *Galérie mythologique* tab. n. 4; Layard *sur un basrelief Mithriaque*, *Annales de l'Inst. archéol.* Vol. XIII. 1841 pp. 170—260; *Monumenti*, Tab. XXXVI.

Vs. 20. *ἄκουε μοχλεὶ* (l. *μοχλέ*) cett. Ex correctione vss. 34, 35 in inferiori margine paginae adscripta, legendum: *ἄκουε μοχλὲ εἰς δύο γένη κλειδῶν διὰ τὸν ΑΙΑΑΙΝΡΥΧΑΘ, ἀνάβαλε γῇ δεσπότῃ πάντα ὅσα ἔχεις ἐν σεαυτῇ.* Quid autem *δύο* illa *γένη κλειδῶν* (vs. 34) sibi velint non video; nisi accipiendum de duobus diversis *Moïsis Clavis* exemplaribus. An fortasse de *Aeonis* imagine cogitandum, duas claves sinistra manu tenente?

Vs. 22. *λέγει σοι ΑΧΕΒΥΚΡΩΜ*, *ἡ* ☉ □, i. e. *ἡ ἡλίου ὄνομα. Haec tibi dicit, haec te jubet* ACHEBUCRÓM, *vel solis nomen*, quae posteriora ad formulam non pertinent, sed adjiciuntur ut exorcista sciat, nomen illud barbarum solis esse appellationem. Vid. supra ad *Pag.* 7, vs. 30.

Vs. 23. *ὁ λόγος πρὸς τὸν ἥλιον.* Vide eandem orationem sive formulam, supra *Pag.* 7, vss. 42--47.

Vs. 26. *τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ ποίει. Ope hujus formulae operare ad solem* cett. sed vide an legendum *οὗτος δὲ ὁ λόγος ποιεῖ πρός*, *haec formula efficax est, valet ad*, cett. Sic Pap. V. *Col.* 9, vs. 1. *ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς δαιμο[νι]οπλήκτους.* Omnia autem hic memorantur quae thaumaturgi arte sua efficere se profitebantur: *χαριτήσια*, quibus *philtri* genus quoddam indicatur; *ἀναγωγαί, allectantia*, sive *ἀγώγιμα*, nisi accipiendum sit de evocationibus defunctorum vel deorum inferorum; *ὀνειρόπομπα somnia immittendi formulae; ὀνειραιτητά, formulae quibus ipse somnia tibi petas; ἡλίου δεῖξις, formula qua solem sese ostendere, apparere cogas* (vid. supra *Pag.* 6, vs. 42); *ἐπιτευκτικά, quibus votorum tuorum compos fias*, et *νικητικά, quibus victoriam assequaris.* Ceterum de diversis artis magicae partibus vide quae citavimus ad Pap. V. *Col.* 1, vs. 14.

Vs. 32. *Μοΰσεως ἱερὰ βιβλός*, cett. cf. adnot. ad *Pag.* 1, vs. 1.

Pagina 9ª.

Vs. 1. *Ἶτα* (l. *Εἶτα Κυνὸς ἄστρον* cett. Haec a librario in textu post vs. 45 omissa, deinde ab eodem in superiori paginae margine adscripta sunt; cf. adnot. ad vs. 45.

Vs. 2. *πρᾶξις τοῦ — ὀνόματος. Πρᾶξις* saepe significat *commentarium;* hic vero ut saepius *operationem magicam* indicari puto.

Vs. 3. *σύστασιν.* cf. supra ad *Pag.* 1, vs. 28. Quod sequitur *αὐτοῦ*, incertum utrum ab *ἐπιτεύξῃ*, an a *μηδέν* pendeat; hoc tamen verisimilius mihi videtur: *Operatio habet constitutionem in qua* vel per quam *votum tuum assequeris*, bono successu uteris, *dummodo omnia quae ad sacrum nomen pertinent bene observes*, ne unam quidem ejus literam omittas.

Vss. 3—16. Cff. *Pag.* 1, vss. 2—24.

Vs. 7. *χαμαικοίτι* (l. *χαμοικοίτει*) *πρὸ μίας*, vertimus ac si scriptum fuisset *πρὸ μίας νυκτός*, *humi cuba noctem unam ante* sacrificium peragendum vel ante lunae defectum. Sed videntur quaedam deesse, quae fortasse ex *Pag.* 3, vs. 30, seq. restitui possint, ita ut legatur: *πρὸ ἑπτὰ ἡμερῶν χαμαικοίτει, καὶ πρωῒ ἀναστὰς καὶ θυσιάσας ἐπίθυε*, cett.

Vs. 13. *κρίνινον*. *Pag.* 1, vs. 23, in eorundem florum enumeratione legitur *κήπινον*.

Vs. 15. *ὁ* ▭, errore librarii compendium vocis *ὄνομα* pro *θεός* scriptum; comp. *Pag.* 3, vss. 15, 16, unde legendum suspicamur: *αὐτῷ γὰρ τὸ θει*▭, (i. e. *τὸ θεῖον*) *τὴν δύναμιν περιέθη, καὶ ἥδεται.*

Vs. 17. *μετὰ εἴκοσι μίαν ἡμέραν*, (l. *ἡμέρας*), intelligitur *ante consecrationem*, *τὴν τελετήν*, vid. *Pag.* 1, vss. 24, 25.

Vs. 17. *ἵνα συνκλείσῃς* (l. *συγκλείσῃς*) *ut concludas*, *ut finem imponas* (huic parti operationis).

Vs. 18. *ἀπόγευσιν*. Cff. *Pag.* 3, vs. 43; *Pag.* 4, vss. 1, 2, et infra *Pag.* hac 9, vss. 33, sqq.

Vs. 19. *μυνύει* (l. *μηνύει*) *δὲ εἶναι ἀρχὴν καὶ τέλος*. Cf. ad *Pag.* 4, vs. 1.

Vss. 20—26. Cff. *Pag.* 1, vss. 6—11.

Vs. 28. *ὅμο, ἵνα, οὗ ἐν βούληται*. Legendum fortasse: *θύε δὲ λευκὸν ἀλέκτορα, ἄσπιλον, καὶ ἄλλον ἄφες, καὶ περιστερὰν ὁμοῦ, ἵνα ἂν εἰσελθῇ ὁ θεὸς*, (vel *ἵνα εἰσελθὼν ὁ θεός*), qua ratione *καὶ ἄλλον* (sc. *ἀλέκτορα*) *ἄφες*, in parenthesi sunt accipienda. Sed rectius fortasse totum illud, *καὶ ἄλλον ἄφες ἵνα ἂν εἰσελθῇ ὁ θεός* ejiciatur.

Vs. 33. *Ἡ δὲ ἀπογευσίς*, *degustatio;* sed videndum an non hic rectius de *periclitatione* intelligatur, et ita quoque in sequentibus *ἀπογεύεσθαι.*

Vs. 34. *ἵνα ὁ φθόνος λαβῇ πνεῦμα*, non intelligo; ex praecedentibus vss. 28, 29, conjiciat quis hic legendum esse *ἵνα τοῦ πτηνὸς* (vel *τοῦ πτηνοῦ*) *λαβῇ πνεῦμα;* nisi *ὁ Φθόνος* scribendum sit, et significetur Phthonos, daemon, sive Invidia dea, quae et ipsa placanda, ne operatio frustretur.

Vss. 35. seqq. usque ad *Pag.* 10, vs. 41; conff. *Pag.* 1, vss. 36, seqq. usque ad *Pag.* 2, vs. 17.

Vs. 36. *τὸν τῆς ὥρας καὶ τὸν τῆς ἡμέρας θεόν*, i. e. *τὸν ὡρογενῆ* aut *τὸν ὡρογένητον καὶ τὸν ἡμερήσιον θεόν;* vid. supra ad *Pag.* 2, vs. 10. Ceterum ex correctione in inferiori paginae margine, vss. 49, 50 adscripta, post *θεόν* addendum *καὶ τὸν ἐπάναγκον αὐτὸν* (l. *αὐτῶν*).

ἵνα ἐξ αὐτῶν συσταθῇς, Dubito an non legendum sit *συνιστῇς* vel *συστήσῃς* (comp. *Pag.* 1, vs. 36) et interpretandum, *ut ex iis* (horae et diei diis) *omnia bene calculo instituto definias*, constituas. Vid. quae adnotavimus ad *Pag.* 1, vss. 28 et 36.

Vs. 45. *κατὰ τροπὴν πρόσθεσιν*. Totus sensus conturbatus, et quaedam omissa,

quae ex glossa, vss. 51, 52, in inferiori paginae margine aliena manu postea adscripta, suppleri non possunt. Putaverim diversas quasdam ejusdem rei explicationes vel diversorum exemplarium lectiones in textum irrepsisse, et quoniam de quatuor tropis agitur (vid. supra ad *Pag.* 1, vs. 41) scriptorem voluisse: *αὐτὸς γὰρ ἀσπάζεται τὸν θεὸν τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, ταῖς τῶν θεῶν αὐθεντικαῖς νεομηνίαις κατὰ τὴν τρόπην· ἐν τῷ ἰδίῳ ὑψώματι, ὃ καλοῦσι Ὥρου γένναν, εἶτα κατὰ τὴν πρόςθεσιν*, vel *κατὰ τὴν τῆς Σώθεος ἐπιτολὴν, εἶτα ἐν τῷ ταπεινώματι, καὶ κατὰ τὴν ἀφαίσεσιν τοῦ ἡλίου. Ipse enim* (crocodilus hïeracomorphus) *salutat deum* (*solem*) *quater quovis anno*, *legitimis* (vel solennibus) *deorum* (i. e. Solis et Lunae) *noviluniis in conversione: in ipsius exaltatione*, *quam vocant Hori natalem*, *deinde in appositione* (vel appropinquatione) Solis, sive *tempore quo Sothis*, vel caniculae sidus, *exoritur;* tum in *tapinomate* (seu *dejectione*) Solis; et (denique) *in ejusdem aphaeresi* (sive *ablatione*). *Ἡ τροπὴ ἐν τῷ υψώματι* est *aequinoctium vernum*, quando sol versatur in signo Arietis; Aries dicitur *ὕψωμα* solis, quoniam in eo signo planeta vim suam inprimis exerceat; idem autem *Ὥρου γέναν* ab astrologis Aegyptiacis nominatum fuisse, ex hoc nostro loco conjici posse videtur. Secunda *τροπή* dicitur *ἡ πρόςθεσις τοῦ ἡλίου*, et locum habet in *solstitio aestivo*, quando sol propius ad terram accessisse videtur; quum vero antiquissimo tempore in Aegypto. Nili fluminis inundatio et solstitium aestivum eodem die incepissent vel accidissent, quo Sirius, sive Sothis exoriebatur, adscripserit aliquis glossam: *κατὰ τὴν τῆς Σώθεος ἐπιτολήν*, quam alius deinde glossator iterum explicaverit, *κατὰ Κυνὸς ἄστρου ἀνατολήν*. *Ἡ τροπὴ ἐν τῷ ταπεινώματι*, est *aequinoctium autumnale*, quando sol in signo Librae versatur; est autem Libra ex astrologorum doctrina Solis *tapinoma*, seu *dejectio*, quoniam Sol in eo Zodiaci signo vim suam minime exserat, (cf. Pauli Alexandr. *Apotelesmm.* fol. B. 2). Tandem quarta *τροπή* vocatur *ἀφαίρεσις τοῦ ἡλίου*, quando Sol, versatus in signo Capricorni, longissimum a terra *ablatum esse*, *recessisse* videtur. — Quod ad vocem *γένναν* vs. 47, animadvertendum Lunae *σχῆμα* aliquod *πρὸς τὸν ἥλιον* eadem ratione *γένναν* vocari, et a Paulo Alexandr., op. cit. cap. *Περὶ ὧν ποιεῖται σχημάτων ἡ σελήνη πρὸς τὸν ἥλιον*, (fol. G. 3 verso) explicari, *ὅταν τὸν ἥλιον παρέλθῃ μοῖραν μίαν* (*ἡ σελήνη*). *Ἀνατολή* porro et *ἐπιτολή* ita distinguuntur a nonnullis, ut hoc usurpetur de stellis quae una cum signo et in eodem oriuntur, *ἀνατολη* vera de totius signi ortu; ita ut Sothis, quae Caniculae sideris stella maxime fulgens est, recte *ἐπιτέλλειν*, totum autem sidus, *Κυνὸς ἄστρον ἀνατέλλειν* dicatur. Cff. quae adnotavimus ad Horapoll. *Hierogll.* I. 3. pgg. 128, sqq.

Pagina 10.

Vs. 1. *ὁ δὲ ἐννεάμορφος* cett. Haec, usque ad vs. 17 et versus 7 posteriores paginae praecedentis ex alio quodam exemplari inserta esse videntur.

Vs. 2. *κατ' ἐγείνην* (l. *ἐκείνην*) *τὴν ὥραν*, intelligi videtur *τῆς τροπῆς*, *ea hora conversionis.*

Vs. 4. *αὐτὸς γὰρ αὐτῷ συνεφάνη*, in priori *αὐτός* intelligi videtur ὁ *ἦχος*, in altero *αὐτῷ*, ὁ *φθόγγος*, *ipsa enim soni resonantia una cum sono apparuit*, *exstitit.*

Vs. 5. *δι' ὃ τῶν ἐννέα θεῶν*, *τῶν ἀνατελλόντων σὺν τῷ* ☉, *ἔλαβε τὰς μορφὰς καὶ τὴν δύναμιν*, intelligitur ὁ *ἐννεάμορφος qui formas induit novem deorum*, *una cum Sole orientium;* quinam sint novem isti dii incertum, sed videntur significari planetae, additis aliis stellis; aut cogitandum de Marci Gnostici doctrina, septem coela, *σωματικὰ κυκλοειδῆ*, *οὐρανούς*, statuentis, octavum deinde circulum, sive coelum septem priora complexum, et praeterea Solem et Lunam, quae omnia *τῶν δέκα δυναμέων* nomine insigniebat. Cf. Irenaeus *Haerr.* I. 14. m., Matter, *Hist. du Gnostic.* II. p. 169.

Vs. 7. *Τὸ μὲν οὖν τῆς κάτω τρωπῆς* (l. *τροπῆς*), intelligi videtur ex praecedentibus, *ὕδωρ. ἡ κάτω τροπή* prima fortasse est quatuor conversionum, de quibus in fine paginae praecedentis agitur.

Vs. 10. *τῶν φωτῶν ὑψωθέντων*, dicitur fortasse de planetis in hypsomatibus suis versantibus, de quo vid. supra ad *Pag.* 9, vs. 45. Haec autem omnia usque ad vs. 17, si modo sana sint, nobis certe obscura esse fatemur.

Vs. 41. *Βάλε δὲ ἐκ τῶν ζ' ἀνθέων.* Haec et quae sequuntur usque ad *Pag.* 13, vs. 21, comparentur cum prioris ejusdem textus exemplari *Pag.* 4, vs. 5 usque ad *Pag.* 6, vs. 47. De septem illis floribus atramento injiciendis, cf. supra ad *Pag.* 4, vs. 7.

Vs. 43. *ἀπόκλυσον*, *ablue*, aqua fortasse, nam si quae sequuntur sana sunt et comparamus quae *Pag.* 4, vss. 5, sqq. leguntur, videmus nitrum vino et lacte quoque abluendum esse.

Vs. 45. *Θύσας — ποιήσας*, abundare videntur, et legendum: *Θύσας δὲ τὸν ἀλέκτορα*, *βάλε παρὰ μέρος*, *Quum mactaveris gallum gallinaceum projice partes*, dispone secundum partes, ita ut *παρὰ μέρος* adverbii loco sit accipiendum. — *καὶ τοὺς ἄλλους δύο*; fieri possit ut intelligantur lampades duae juxta aram positae, *Pag.* 9, vss. 23, 24.

Pagina 11.

Vs. 5. *αὐθεντικά*, vertimus ac si construendum sit cum *πιστευθείς*, sed fieri

quoque possit ut intelligatur ὀνόματα, et interpretari debeamus: *Invoco te — veluti primum celebravit te deus cui omnia commisisti, authenticis tuis nominibus, Sol,* ACHEBUCHRÓM, cett.

Vs. 31. αποῦ, haec versus initio in margine adscripta quid significent non video; in sequentibus, vss. 34, 38, cett. eadem ratione septem Dei cachinni literis in margine positis indicantur.

Vs. 48. ἐστὶν δὲ ἐπὶ τὸν (l. τῶν) φρενῶν, *est in mente*, in ingenio, praeëst ingenio, menti.

Pagina 12.

Vss. 9—11. ἐστίν τε τοῦτο — καὶ ἔνδοξον, haec omnia abundant, ex diversa lectione, glossave aliqua orta; de nomine ἀναγραμματιζομένῳ vid. supa ad *Pag.* 5, vs. 17.

Vs. 21. ὁ δὲ τρόπος τοῦ φωτὸς ἔδειξέν τινα ναῦραν (l. αὖραν). Haec in parenthesi ponuntur; pro τροπός legendum τροπή, *ex conversione luminis oriebatur aura quaedam*, sive ventus lenior, quo Deus summus Fatum induit, quum ejusdem luminis gloria deus Ignis, *Pag.* 11, vs. 36 memoratus, vestiatur.

Vs. 27. γρ(αμμάτων) λς' literarum 36, prima voce *Ανογ* non inclusa, utpote pronominis primae personae hic vicem tantummodo praestante.

Vs. 24. αὐξήσεις τῷ φωτὶ — καὶ πᾶν ἀπολήξεις δι' αὐτόν. πᾶν adverbaliter accipiendum *omnino*, *prorsus*, aut legendum πάλιν. Quae autem hic de Igni deo et de Fato dicuntur, in Solem et Lunam accommodari vix opus est ut moneamus.

Vs. 33. Ὁ δὲ θεὸς — ἐπόππυσεν — ἐφάνη — Φόβος παθωπλισμένος. In priori ejusdem textus exemplari *Pag.* 5, vss. 26, seqq. haec inverso ordine narrantur, ita ut Deus primum sibilo suo Pythium draconem, deinde poppysmo daemonem armatum produxisse dicatur. Qui hic Φόβος καθωπλισμένος, ibi ἔνοπλός τις vocatur.

Pagina 13.

Vs. 2. φωνουμένου, an forte legendum φαινομένου? ex te qui posterius *apparuisti.*

Vs. 3. *ΔΑΝΟΥΠΙΧΡΑΤΩΡ* — *ΙΑΩ*, nomine itaque Φόβου daemonis, (vid. supra *Pag.* 12, vss. 35, 36) addito voci *ΙΑΩ*, unde postremum hocce numen natum fuerat.

Vs. 6. ἔδωκε αὐτῷ τῶ (l. τῶν) θ' θεῶν — τὴν δόξαν. Voces τὴν δύναμιν vs. 7, errore librarii ex vs. seq. huc tractae sunt. Deus daemoni pos-

tremum creato (*συμφανείς* autem hic dicitur, quoniam statim post Metum daemonem apparuerat, certe secundum *Pag.* 5 vss. 31 seqq.) concessit, ut reliquis novem diis (ex septem cachinnis, poppysmo et sibilo natis) praecederet, eandemque atque hi potestatem et gloriam adipisceretur. Cf. quoque supra ad *Pag.* 11, vs. 5.

Vs. 14. *ἀναγραματιζόμενον*, nomen illud vss. 16—18 effertur, sed bis recto ordine scriptum; videtur itaque sonuisse: *ΑΒΩΡΧΒΡΑΩΧΧΡΑΜΜΑΩΘ ΠΡΩΑΡΒΑΘΩΘΑΒΡΑΩΡΠΘΩΑΜΜΑΡΧΧΩΑΡΒΧΡΩΒΑ.*

Vs. 21. *Ἔστιν δὲ ἡ ἱερὰ στήλη.* Haec usque ad *Pag.* 14, vs. 7 comparentur cum eodem textu, inde a *Pag.* 2, vs. 18 usque ad *Pag.* 3, vs. 4.

Vs. 23. *ὡς κεῖται*, idem quod *ὡς ὑπόκειται.* Supra, *Pag.* 2, vs. 17, legitur tantum: *Ἔστιν δὲ ἡ ἱερὰ στήλη — γραφομένη;* unde fortasse conjiciendum duorum exemplarium lectiones diversas simul hic in textum irrepsisse, aut posteriorem *Ἔστιν δὲ ἐπίκλησις, κ. τ. λ.*, additam, ut constaret stelae in nitro scriptae mentione invocationem quoque indicari.

Vs. 36. *Αἰὼν Αἰῶνος.* Vide *Pag.* 8, vs. 18 et quae ibi adnotavimus. *Pag.* 2, vs. 26, 27, legitur *ὁ μεταμορφούμενος εἰς πάντας ἀόρατος ἐφ᾽ αἰῶν᾽ αἰῶνος*, unde pro *ἐν ταῖς ὁράσεσιν*, *qui transformaris in adspectu*, hic quoque *εἰς πάντας ἀόρατος* corrigendum putaverim.

Vs. 40. *τῷ σῷ Φόβῳ*, Ex nomine barbaro quod sequitur apparet, *τοῦ Φόβου* appellatione intelligi daemonem ex poppysmo summi numinis creatum, vid. *Pag.* 12, vs. 34; *ἄγγελος* videtur accipiendum de *Καιρῷ* daemone, ex sexto Dei cachinno nato, vid. *Pag.* 12, vs. 14, et eodem nomine barbaro (Hebraïco ut videtur) *ΑΝΑΓ ΒΙΑΘΙΑΡΒΑΡ*, cett. (ibid. vs. 27) insignito.

Pagina 14.

Vs. 7. *ὅτι ἐπικαλοῦμαί σε.* In priori exemplari, *Pag.* 3, vs. 4, invocatio finitur phrasi *ὅτι τετέλεσμαί σου τὸ* □, ceteris, quae hic sequuntur usque ad vs. 48, omissis.

Vs. 15. *τὰ τῆς γενέσεως*, ex Astrologorum doctrina hic significant coeli, signorumque coelestium conditionem vel positionem tempore nativitatis, et praesagia de hominis sorte inde capienda.

Vs. 37. *ἀπὸ πάσης τῆς ἰδίας μου ἀστρικῆς*, aut pro *ἰδίας* legendum, aut, hoc servato, supplendum *ἀτυχίας*, *βλάβης*, *ζημίας*, vel simile quid; *Custodi me a siderum mihi praecepue funesta vi*, vel a noxa mihi ipsi a sideribus praedicta.

Vs. 46. *καὶ ἀριστέραν α'*, *καὶ θεὶς τὸ δέξιον γόνυ*, deesse videtur *προςθεὶς*, *προτείνας* vel simile quid, ut sit *καὶ* (*φράσον τὸ* □) *τὴν ἀριστέραν*

προτείνας εις τὸ δέξιον γόνυ, κ. τ. λ. et sinistram manum extendens versus dextrum genu, (pronuntia nomen) *semel terrae*, i. e. *versus terram*, *et Lunae semel* cett. Cf. infra *Pag.* 18, vss. 29, seqq. et *Pag.* 19.

Vs. 49. *Ἔχε δὲ πινακίδα.* Haec, usque ad *Pag.* 16, vs. 4, conferenda sunt cum iis quae *Pag.* 3, inde a vs. 5 usque ad *Pag.* 4, vs. 12 leguntur.

Pagina 15.

Vs. 3. *καὶ σπονδὺν* (l. *σλονδὴν*) *ἵνα σπείσῃς.* Ex altero loco, *Pag.* 3, vss. 7, seqq. legendum fortasse: *καὶ* (intellecto ex *Pag.* 14, vs. 49, *ἔχε*) *οἴνου κεράμειον καὶ ἀγγεῖον μέλιτος μεστὸν, ἵνα σπείσῃς*, *et* (*sume*) *vini dolium et vas mellis plenum, ut libes, ad libandum.* In altero exemplari, *Pag.* 3, vs. 9, pro *ἵνα σπείσῃς* scriptum, *ἵνα δὲ πεισῃς*, ortum fortasse ex eo quod pro priori *σ* in exemplari suo invenerat *δ'*, *ἵνα δ' πεισῃς*, quod quum semel in textum irrepsisset, *σπονδῇ*, *σπονδύν*, *σπένδε* aut simile quid insertum, ut de vino et lacte libandis constaret.

Vs. 42. *Γράψας — τὴν στήλην, ἧς ἡ ἀρχή· Ἐπικαλοῦμαί σε — καὶ τὰ λῃπά* (l. *λοιπά*). Cf. supra *Pag.* 13, vss. 24 seqq Ex hoc autem loco apparet *στήλης* nomine invocationem quoque hanc designari.

Vs. 45. *ἡ ζωγραφία*, intelliguntur nomen sanctum, crocodilus accipitrino capite instructus, et deus novem formarum, de quibus supra, *Pag.* 9, vss. 40, seqq.

Pagina 16.

Vs. 1. *τὴν κοσμοποιείαν ἧς ἀρχή· Ἐπικαλοῦμαί σε τὸν τὰ πάντα περιέχοντα — καὶ τὰ ἑξῆς.* Vid. supra. *Pag.* 11.

s. 3. *Ὅταν δὲ ἔλθεις ἐπὶ τὰ φωνάεντα* (l. *φωνήεντα*). Vid. supra *Pag.* 13, vs. 11, coll. *Pag.* 5, vss. 40, seqq. Sunt autem vocales illae post demum *Κύριε ἀπομιμοῦμαί σε ταῖς ζ' φωναῖς* pronuntiandae.

Vs. 6. *τὸ τῶν κζ' γραμμάτον* (l. *γραμμάτων*) *ὄνομα.* Nomen illud vide *Pag.* 13, vss. 16, sqq.

Vs. 6. sqq. usque ad 22, in altero hujus textus exemplari non adduntur. Cf. *Pag.* 5, vss. 44—47.

Vs. 14, 15. *ποῖός ἐστιν ὁ σὸς δαιμων, καὶ ὁ ὡροσκόπος. Δαίμων* intelligi videtur *ὁ οἰκοδεσπότης τῆς γενέσεως*, *dominus geniturae*, sive planeta cujus imperio ob certam ejus positionem tempore nativitatis, homo inprimis subjectus erat; cf. de eo Paull. Alexandr. *Apotell.* f°. C. 2. — *Ὡροσκόπος* sive ascendens, dicitur zodiaci signum, certo quodam tempore (in Papyri nostri loco nativitatis tempus intelligitur) supra hori-

zontem adscendens, et quod ex astrologorum doctrina maximam vim in hominis fatum exercere putabatur.

Vs. 18. *Πυθομένου σου οὖν τὰ προτα* (l. *πρῶτα*), *τὰ πρῶτα* videntur intelligi quae supra, vss. 17, 18 dicuntur *τὰ πρὸς διόρθωσιν βίου μέλλοντα λέγεσθαι.*

Vs. 22. *Ἡ δὲ τοῦ πολεύοντος πῆξις.* Haec, usque ad vs. 34 comparentur cum iis quae leguntur inde a *Pag.* 5, vs. 45 usque ad *Pag.* 6, vs. 12.

Vs. 28—31. *Μοϋσέως Μόνας η', καὶ ἠπόμνημα* (l. *υπομνημα*) *ἐπικαλουμένη, ἐπτάζωνος.* Posterior vox abundat et ipsam tabellam 7 zonarum, vss. 27—34 comprehensam spectat. Quae praecedunt, *Μοϋσέως Μόνας — ἐπικαλουμένη*, totius tractatus titulum repetunt, alia iterum ratione, fortasse a glossatore quodam vel ex diversa alius exemplaris lectione repetitum, vss. 35—38; post *Μοϋσέως* intelligitur *βίβλος*, ut sit *Moïsis liber octavus, Monas et commentarius Cognominatus.*

Vs. 35. *Ἐν ἄλλῳ ευρὼν ἔχε.* Est adnotatio librarii cujusdam, diversum titulum ex alio exemplari addentis. Quae autem sequuntur usque ad finem Papyri, in priori textus exemplari non exstant, quod finitur aliorum nonnullorum sancti nominis usuum indicatione, eadem ratione atque reliqua ex apocrypho Moïsis libro excerpta·

Vs. 39. *τοὺς τὲ ἡμερησίους — τοὺς ιβ' λ' κόντραχας*, videntur intelligi *dii* sive *domini horarum* (*ὡρογενεῖς*), *dierum* (*ἡμερήσιοι*), *hebdomadum* (*οἱ ζ'*, i. e. *οἱ ἑφεβδοματικοί*), et mensium (*οἱ τῶν τριακάδων*). Cf. supra ad *Pag.* 2, vs. 10.

Vs. 47. ▭ *ὅ ἐστι ὄκδοος*, legendum esse *ὀγδοάς* apparet ex *Pag.* 17, vs. 6.

Vs. 50. *Πρόκειται δὲ καὶ ἕτερα* ▭▭ *δ'.* Tria horum quatuor nominum infra, *Pag.* 17, vss. 8—12 indicantur.

Pagina 17.

Vs. 1. *καὶ τὸ τοῦ Διός.* Ex vs. 13 conjecerim fere hic minus recte Iovis nominis mentionem fieri, et legendum esse *καὶ τὸ τῶν ζ' γραμμάτων.* In sequenti versu *ἐπὶ τῶν* delendum, aut intelligendum *πάντων πραγμάτων* vel simile quid.

Vs. 5. *Ἐπανάγκῳ.* Nisi legendum sit *Ἐπ' ἀνάγκῃ*, i. e. in *re valde urgente*, vox *ἐπάναγκος* accipienda de *nomine quo inprimis opus est*, ut operatio bene perfici possit, sine quo reliqua quoque nomina nullam vim exercere possunt. Eadem ratione in invocatione deorum horarum, dierum, cett. *τὸν ἐπάναγκον* omitti non posse, si deum te exaudientem velis, supra *Pag.* 2, vs. 12, aliisque locis, dicitur.

Vs. 8. *ΚΡΥΒΕ.* Vid. adn. ad Pap. V, *Col.* 10, vs. 10.

Vs. 10. *τὸ δὲ τῶν κς′ γραμμάτων.* Plures literae quam 26 sequuntur; supra, *Pag.* 12, vs. 35, aliud totidem literarum nomen memoratur.

Vs. 13. *ἡ τοῦ ζ′ γραμμάτων ὑποδίξεις* (l. *ὑπόδειξις*) *καὶ ὁ λόγος ᾧ ὑπακούει ὁ* ◻̄. Pro *υπόδειξις* fortasse voluit *υπόδεξις*, *receptio*, praescriptio. *Ἔστιν — ἡ τοῦ* (*τῶν*) *ζ′ γραμμάτων* (*ὀνόματος*) *ὑπόδεξις*, *Recipitur*, praescribitur, *quoque nomen 7 literarum*, septem vocalium quoque nomen usurpari potest, et oratio, seu cantilena, *cui obtemperat deus;* nam pro ◻̄ legendum *θ*, compendium vocis *θεός*. Oratio autem ea, inserto quoque nomine 7 vocalium, sequitur inde a vs. 14. Ceterum haec omnia usque ad finem paginae, comparanda sunt cum eadem cantilena in Papyro V, *Col.* 7, vss. 27. *Col.* 8, vs. 20.

Vs. 17. *τὸ μάντι λαληθῆναι οὐ δύναται*, legendum fortasse *τὸ μαντιλαληθῆναι οὐ δυνάμενον*, nomen, *quod vaticinio pronuntiari non potest;* verbo *μαντιλαλεῖν* composito ut *μαντιπολεῖν.*

Vs. 19—23. *οὗ ὁ* ☉ (i. e. *ὁ ἥλιος*) — *καὶ σελήνη — ὀφθαλμοί εἰσιν ἀκάματοι* cett. Nomina barbara, vss. 19, 20, 21 et 22, mediae periodo, tanquam in parenthesi, inserta sunt, ita ut accipiendum sit: *cui Sol et Luna sunt oculi indefessi lucentes*, splendentes, *in pupillis hominum.* Sol et Luna oculi dei dicuntur, veluti vss. 24, seqq. coelum caput, aether corpus, cett. Nomina barbara partim ex Coptica, partim ex Hebraeorum lingua petita videntur, *ΑΡΝΕΒΟΥΑΤ* (vss. 19 et 20) comparetur cum Coptico ϩⲣ–ⲛⲉⲃ–ⲟⲩⲁⲧ *Horus*, *dominus*, *solus;* *ΒΟΛΛΟΧ* (vs. 19) cum ⲃⲟⲗ vel ⲃⲱⲗ–ⲗⲱⲕϩ, vel ⲣⲱⲕϩ) *aperiens*, *explicans incendium*, *combustionem;* *ΒΑΡΒΑΡΙΧ* cum ⲃⲣⲃⲣ; vel ⲃⲉⲣⲃⲉⲣ–ⲓϭ *fervens*, *exultans daemon*, vel *fervor daemonis.* *ΑΡΣΕΝΠΕΝΠΡΩΟΥΘ* (vs. 21) cum ϩⲣ–ϣⲉ–ⲛⲡ–ⲉⲙⲡⲣ–ⲟⲩⲟⲧ, *Horus*, *filius ejus qui non perdit* (ⲟⲩⲟⲧ id. quod ϥⲉⲧ, *delere*, *perdere*) aut, veluti ad Pap. V. *Col.* 7, vs. 29, adnotavimus, cum ϩⲣ–ϭⲟⲙϥ–ⲙ̄ ⲡϥⲣⲱⲧ, *Horas dominans per germen suum.* *ΒΑΡ-ΒΑΡΑ* (vs. 21) cum ⲃⲉⲣⲃⲉⲣ, ⲃⲟⲣⲃⲉⲣ, *ejicere*, *projicere*, vel ⲃⲉⲣⲃⲉⲣ *fervere.* Ex Hebraeorum lingua explicari possint *ΒΑΛΑΛ* (vs. 20) comparatis בַּעַל, בַּעֲלָה, *dominus*, *domina*, etsi posterius, foemininum in Solem minus conveniat; *ΑΜΗΝ* (ibid.) comparato אָמֵן, *verum*, vere, et fortasse quoque ipsum *ΒΑΡΒΑΡΙΧ* (vss. 20, 21), comparato בַּר בְּרִיךְ *filius benedictus.*

Vs. 25. *τὸ δὲ περὶ σὸν* (l. *σὲ*) *ὕδωρ*, *ὁ ἀγαθοδαίμων· Σὺ ἶ* (l. *εἶ*) *ὁ ὠκεανὼς* (l. *ὠκεανός*). Comparato simili loco e Pap. V, *Col.* 7, vss. 32, seqq., ita fere legendum putaverim: *τὸ δὲ περὶ σὲ ὕδωρ ὁ ὠκεανός. Σὺ εἶ ὁ ἀγαθοδαίμων*, *ὁ κύριος* cett.

Vs. 27. *τὴν οἰκουμένην*. In simili loco, in Pap. V, *Col.* 7, vs. 33, scribitur *καὶ τρέφων καὶ αὔξων τὰ πάντα*, deinde inseruntur 14 hexametri usque ad *Col.* 8, vs. 5.

Vs. 35. *εὐκερασία* (l. *εὐκρασία*). In Pap. 5, *Col.* 8, vs. 8, vocatur *εὐλυρία*.

Vs. 37. *ὁ βασιλεύων τῶν οὐρανὸν* (l. *οὐρανῶν*) *καὶ τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἐν ναὐτοῖς* (l. *αὐτοῖς*) *ἐνδιατριβόντων*, brevius in Pap. V, *Col.* 8, vs. 9, *βασιλεύων τῆς ἄνω καὶ κάτω[χ]ώρας*.

Vs. 41. *οἱ η′ φύλακες* Intelliguntur fortasse 7 planetae, et pro *η′* legendum. *ζ′*.

Vs. 43. ☐ *σοῦ καὶ πνεῦμά σου — εἰσέλθοις*, *nomine tuo et spiritu tuo intellectum meum occupes;* nomen tuum et spiritus tuus totam meam mentem impleant; intelligitur *κατά*.

Pagina 18.

Vs. 1. *Σὺ γάρ εἶ ἐγὼ, καὶ ἐγώ συ*. Secundum Iamblichum, *De Mystt.* VI. 6, thaumaturgus arcanorum symbolorum cognitione prorsus deo uniri, ipsiusque dei naturam induere censebatur.

Vss. 7, 8. *ἀγαθὸς, ἀγαθὸς — ἀβάσκαντος, ἀβάσκαντος*, eorumdem adjectivorum repetitio, ex Hebraïsmo fortasse explicanda, vel ex antiqua Aegyptiorum lingua, ipso adjectivo bis posito ut superlativus exprimatur

Vs. 9. *νίκη* (l. *νίκην*), *κράτος, ἐπαφροδισίαν*. Cf. supra ad Pap. V. *Col.* 2, vs. 30.

Vs. 13. ***ΒΙΒΙΟΥ***, *β′*, ***ΣΦΗ***, *β′*, litera *β′* hic, ut saepius, indicat nomen bis esse pronuntiandum; cf. supra *Pag.* 8, vss. 14, 15 et quae adnotavimus ad Pap. V, *Col.* 3, vs. 6.

Vs. 24. ***ΑΒΛΑΝΑΘΑΝΑΛΒΑ***. De hoc nomine *ἀναγραμματιζομένῳ*, cf. ad Pap. V, *Col.* 2, vs. 24.

Vs. 29. *Ὑποδείξεις* (l. *Ὑπόδειξις*) *Formula*, sive indicatio rationis qua diagrammate, paginae seq. initio descripto uti debeat thaumaturgus. In sequentibus legendum videtur: ***Εἰπὼν*** *εἰς τὸν ἀπηλιώτην, τὴν δεξιὰν χεῖρα προςθεὶς*, vel *προςφέρων ἐπὶ τὴν εὐώνυμον, καὶ τὴν εὐώνυμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν, λέγε α*.

Vs. 35. *ι τὸ νότον*. Legendum *εἶτα εἰς τὸν νότον, ἀμφοτέρας* (*χεῖρας*) *ἐπὶ στομάχου ἔχων, λέγε ι*.

Pagina 19.

Vss. 1—5. Diagramma duabus lineis in tres partes divisum, quarum superior, *οὐρανός* superscriptum habens ad *coelum*, media cui *ἀήρ* adscriptum, ad *aërem*, inferior voce *γῆ* insignita, ad *terram* refertur.

Vs. 7. *τὸν ὄντα ἕνα, μόνον;* legendum *ἕνα καὶ μόνον.* Ex Valentinianorum doctrina summum numen, *ἡ πρὸ πάντων προαρχὴ, μονότης* vocabatur, cui juncta et unita erat *ἡ ἑνότης;* ex his orta *ἡ μονὰς, ἀγέννητός τε καὶ ἀόρατος,* cui junctum *τὸ ἕν.* Cf. Irenaeus *adv. Haerr.* I. 5. § 2, et supra *Pag.* 6, vs. 45.

Vs. 9. *ὃν οἱ* □□ legendum *θεοί*, in prototypo fortasse compendio scriptum $\bar{\theta}$, quod animadvertendum quoque de eodem compendio infra, vss. 13 et 16.

Vs. 10. *Ἔνπνευσον* (l. *Ἔμπνευσον*) *ἀπέξας* $\bar{\theta}$ *λωκράτωρ,* legendum fortasse *Ἔμπνευσον, ἀφίξας* (pro *ἀφιξάμενος*) *θεὸς* (vel *θεὲ*) *παντοκράτωρ,* *Affla*, infles, (*ad me*) *perveniens deus*, *universi imperator.*

Vs. 26. *υυυυυυυ.* Ex sensu apparet post has vocales inserendos esse versus tres, in margine inferiori paginae aliena manu postea adscriptos.

Vss. 34, sqq. *ἔσται σισμὸς* (l. *σεισμὸς*), *ὁ* ☉ *στήσεται.* Cf. Pap. V. *Col.* 4, vss. 11, sqq.; *Col.* 7, vss. 30 sqq.

Pagina 20.

Vs. 6. *εἴδωλα θ'.* intelliguntur fortasse signa, vel imagines novem deorum, de quibus supra ad *Pag.* 5, vs. 13; *Pag.* 13, vs. 6.

Vss. 12, 13. *Ὁ δὲ προάγων β' — τελειταῖς ἡλίοις* (l. *τελεταῖς ἡλιακαῖς*?) *τῆς ιγ',* intellecto *ἡμέρας* (?). Sententia videtur non absoluta, certe quomodo cum iis quae praecedunt vel quae sequuntur cohaereat non video; *τελεταὶ ἡλιακαί operationes* vel *initiationes magicae*, fortasse intelliguntur quae Solis invocatione peragebantur; [*π*]*οιεῖ δὲ καὶ τοῦ ἡλίου ὄνομα πρὸς πάντα*, ut in Pap. V. *Col.* 6, vs. 1 dicitur.

Vs. 14. *ἡ τηλητὴ* (l. *τελετὴ*) *τοῦ χρυσοῦ πετάλου.* De auri folio vel lamina, neque de argenti folio, quod infra vs. 24 memoratur, in superioribus aliquid praeceptum. In Pap. V. *Col.* 6, vss. 22 et 24, in formula aurum rubigine obducendi, agitur de *πετάλῳ* faciendo, sed in diversa ut videtur, operatione. Ad *ἐκλιχομένου* (l. *ἐκλειχομένου*) cf. *Pag.* 15, vs. 44, de inscriptione in nitri superficie delambenda.

Vs. 22. *γράφεται δὲ — τὰ ζ',* intellige *ὀνόματα.* In auri folio scribenda sunt, ut postea delambantur, nomina septem, sive nomina septem vocalium; eadem (vs. 24) in argenti folio scribenda sunt, sed ut amuleti usum praestent.

Vs. 27. *Πτηρυγώματα* (l. *Πτερυγώματα*). Pterygomata, proprie *alae*, intelligi videntur, nomina ex septem vocalibus composita, quae infra, vss. 30—36 indicantur. Ceterum hic quoque errorem librarii aut apographi agnoscere mihi videor, hac fere ratione corrigendum: *Πτερυγώματα τὰ ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ πετάλου ἐπιγραφόμενα ταῦτά ἐστι, τὰ δὲ ἐπὶ τοῦ ἀργυροῦ,*

voces autem ita disponendae ut prima series septem nominum, vss. 30—36 comprehensorum, sub *ταῦτά ἐστι*, altera sub *ἐπὶ τοῦ ἀργυροῦ* scribatur; qua ratione haec nomina sive pterygomata argenteo, prior vero series nomina auri folio inscribenda contineat. Neque obstat tertia series iisdem versibus 30—36 addita, quoniam haec postea demum, literis multo gracilioribus, quamvis eadem manu ut videtur, qua reliqua quae praecedunt, adscripta est.

Vs. 37. *καὶ τὸν οὐρανὸν μέγαν*, intelligitur *ἐπικαλοῦμαι*, aut simile quid.

Pagina 21.

Vs. 5. ***ΣΑΤΡΑΠΕΡΚΜΗΦ.*** Idem nomen in Pap. V. *Col.* 6, vs. 10; sed in Pap. bilingui (*Descript. Rais.* I. 383), Col. X. vs. 19, literis Demoticis scribitur S a t r a p e r m t, addita transcriptione Graeca ***ΣΑΤΡΑΠΕΡΜΗΤ.***

Vss. 21, 22. *ὡς ὁ θεόλ(ο)γος Ὀρφεὺς παρέδωκεν διὰ τῆς παραστιχίδος τῆς ἰδίας*. Dubium an *παραστιχίδος* nomine titulus libri ab Orpheo illo theologo scripti indicetur, aut intelligendum sit de adnotatione ab Orpheo cuidam poëmatum aliorumve scriptorum suorum addita. *Παραστίζειν* apud Hesychium est punctis et notis signare; igitur versus quosdam aut rem versibus iis comprehensam, signo addito notare, distinguere. *Παραστιχίδος* nomine ejusmodi notatio indicari possit. Usurpatur quoque de vocibus, nominibusve, ex prima unius cujusque poëmatis versus litera compositis. Apud Aulum Gellium *Noctt Att.* XIV. 6, inter scripta nugalia et absurda citantur quae tradunt: qui sint apud Homerum versus *ἰσόψηφοι*, et quorum ibi nominum *παραστιχίς* reperiatur. Suetonius *de illustrr. Gramm.* Cap. 6. dicit. Aurelii Opilii cognomen in plerisque indicibus et titulis per unam literam ab aliis scriptum inveniri, ipsum vero Aurelium per duas literas efferre in parastichide libelli qui inscribitur „Pinax". Apud Diogenem Laërtium VIII. Cap. 3, § 78 legimus, Epicharmum *παραστιχίδια τοῖς πλείστοις τῶν ὑπομνημάτων* fecisse, *οἷς διασαφεῖ ὅτι αὐτοῦ ἐστι τὰ συγγράμματα*. Sed vereor, ut ex omnibus istis accuratam vocis significationem elicere possimus. Fortasse hic accipiendum de adnotatione ab isto Pseudo-Orpheo, hymno aut alii cuicumque ipsius scriptorum propria manu adscripta.

Vs. 24. Omnia inde ab hoc versu usque ad finem Papyri, alia manu scripta sunt.

Vs. 30. *ἔσω προσβαλόμενος μύκησαι ὀλολυγμός*. Fortasse voluit *ἔσω προσβαλόμενος ὀλολυγμὸν μύκησαι*, *intus addens ejulatum*, *mugitum ede.*

Vs. 34, 35. *Ἐρώτυλος ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς*. Ex vs. 21 intelligendum *παρέδωκεν* vel simile quid.

Pagina 22.

Vss. 9, 10. *Ὡς δ' ἐν τῇ πρὸς Ὦχον βασιλέα προςφωνούμενον ἅγιον* ▭. Si locum bene intelligimus Thphe ille, sacer scriba, librum ad Ochum regem scripsit, cui titulus erat *Sanctum nomen;* sed tum legendum *Βίβλῳ προςφωνουμένῃ Ἁγίῳ ὀνόματι;* et eadem ratione qua in vs. 34 paginae praecedentis, post *Ὡς δέ*, intelligendum *παρέδωκεν*.

Vs. 22. Μωϋσῆς ἐν τῇ *Ἀρχεγγελικῇ* (l. *Ἀρχαγγελικῇ*). Hic liber *Archangelicus*, ut et alius, vs. 27 *τοῦ Νόμου* nomine citatus, inter scripta apocrypha Moïsis referendus, nisi posterior de ipsis Veteris testamenti scriptis Mosaïcis intelligendus sit, quae saepius in N. T. nomine *τοῦ Νόμου* citantur.

Pagina 23.

Vss. 1—3. *Παναρέτῳ βίβλῳ — σκότος.* Totum locum ita fere restituere possimus: *Ὡς δὲ* (intellecto *παραδίδοται*, vel *παρεδόθη*) *ἐν τῇ ε' τῶν Πτολεμαϊκῶν, ἐν τῇ καὶ ἐπιγραφομένῃ Παναρέτῳ βίβλῳ*, et tum in parenthesi addito, (nisi potius, ut glossa totum sit delendum) *περιέχει γέννησιν πνεύματος, πυρὸς καὶ σκότους;* ita ut *κύριος αἰῶνος ὁ πάντα κτίσας*, cett. ex libro illo *Panareto* citentur. Quales hi libri Ptolemaïci intelligantur, incertum, an a Ptolemaeo quodam vel sub ejus nomine scripti, an ad alium scriptorem pertinentes, qui opus suum *τῶν Πτολεμαϊκῶν* titulo ediderit; posterius fere conjecerim, quum apud Paul. Alexandr. *Apotelesmm.* f°. K. 2, verso, *βιβλος Πανάρετος* memoretur, et in scholiis ad illum locum, f°. 4 verso, liber ille ad Hermetem trismegistum referatur.

Vs. 17, 18. *αἰὼν θεε Ρσαιων.* An legendum *αἰώνων θεός*, et pro *Ρσαιων* corrigendum *ἐρσαίων*? *magne aevorum deus roscidorum?*

Vs. 18. *ἐν ᾧ τὸ ὕδωρ ἐκφέρουσιν; in quo*, id est per quod, cujus potestate. Sed haec omnia ita sunt mutila et corrupta, ut vix sensus aliquis exinde erui possit.

Vs. 23. *τοὺς ὑποκειμένους χαρακτῆρας*, cf. infra *Pag.* 25, vss. 10—12.

Vs. 33. *ἄρτων χαβωνίων* (l. *ἄρτον καβόνιον*) i. e. *panem unius cabi. Κάβος*, idem qui קַב Hebraeorum, mensura erat aridorum, quartarium Romanorum, et choenicem Graecorum adaequans, qualis unius diei victui sufficere habebatur. Cf. Schmidt, *Forschh. a. d. Geb. des Alterth.* Th. I. pgg. 236 et 241.

***Pagina* 24.**

Vs. 15. *οὔσης ἐν ἀνατολῇ καὶ συναπτούσης ἀγαθοποιῷ*, intelligitur *σελήνης*. Luna dicitur *applicari*, *συνάπτειν*, planetae alicui, qui in eodem signo una cum Luna versans, plures quam ea partes in signo illo occupat vel possidet. Cf. Paul. Alexandr. *Apotelesmm.* cap. *Περὶ ἧς ποιεῖται ἀποῤῥοίας καὶ συναφῆς ἡ* ☾, *πρὸς τοὺς πλανωμένους ἀστέρας*, f°. H. 1, verso. *Ἀστέρες ἀγαθοποιοί*, praeter Solem et Lunam planetae sunt Jupiter et Venus; *κακοποιοί*, Saturnus et Mars, utramque vero naturam sibi vindicat Mercurius, qui nunc beneficus nunc maleficus habetur.

Vs. 17. *καὶ ἐπιμαρτυροῦντος μηδενὸς κακοποιοῦ Κρόνου ἢ Ἄρεως*. Ex sensu apparet verbum *ἐπιμαρτυρεῖν* intelligi de Saturni vel Martis planetarum positione, malam vim exercente. Ex astrologorum doctrina signa quaedam Zodiaci et planetae in iis versantes, sese invicem *intueri* et *audire*, *βλέπειν* et *ἀκούειν* dicebantur, quando planetae in signis sibi ex diametro oppositis versantur, in *oppositione* sese *adspiciunt;* quum in signis quae tertia circuli parte, sive 120 gradibus a se distant, *adspectus trigonus* dicitur; in signis vero quarta circuli parte, sive 90 gradibus a se invicem remotis, *adspectus quadratus; adspectus* denique *sextilis* est, quum sexta circuli parte sive 60 gradibus signa cum planetis in iis morantibus a se invicem distant. Igitur *μηδενὸς ἐπιμαρτυροῦντος κακοποιοῦ Κρόνου ἢ Ἄρεως* significat maligno Saturno aut Marte non versante in adspectu aliquo cum Luna, vel cum planeta cui Luna sese adplicavit.

Vs. 20. *ἑνὸς τῶν γ' ἀστέρων τῶν ἀγαθοποιῶν ὄντων ἐν ἰδίῳ οἴκῳ*. Mercurius hoc loco etiam inter benignos planetas recensetur. *Οἶκοι* planetarum sunt duodecim signa Zodiaci, quorum Sol et Luna singuli unum, reliquorum quinque planetarum singuli duo sibi tamquam domus vel domicilia vindicant. Sunt autem domus planetarum trium benignorum: Iovis, Sagittarius et Pisces; Veneris, Taurus et Libra; Mercurii, Gemini et Virgo.

Vs. 22. *τὴν συναφὴν ἐπιλαμβανομένης τῆς* ☽, *ἢ διαμαρτυρούσης*. Prius, *τὴν συναφὴν ἐπιλαμβάνεσθαι* idem est quod supra, vs. 16, dixit *συνάπτειν; διαμαρτυρούσης*, eandem significationem habens quam *ἐπιμαρτυροῦντος*, vs. 17, accipiendum de Lunae et planetae benigni mutuo adspectu, trigono, quadrato, vel sextili; nam de adspectu secundum diametrum separatim traditur vss. seqq. Ceterum cf. adn. ad vs. 16.

Vs. 24. *ἢ ἐν κατὰ — ὄντος καὶ τοῦ* ✱. Legendum *ἢ κατὰ διάμετρον ἐν ἀνατολῇ ὄντος καί*, cett. id est: *aut quando planeta benignus*, (Jupiter,

Venus vel Mercurius) *exoritur in signo Zodiaci secundum diametrum opposito.*

Vs. 27. *μὴ ὀνοματήν. — ἔσῃ* Legendum: *μὴ ὀνομαστὴν ἐπίλυσιν αὐτῆς διαφωνῆς εἰ μὴ σεαυτὸν αἰτιάσῃ*, aut potius *μὴ ὀνόματος τὴν ἐπίλυσιν αὐτοῦ διαφωνῆς* cett., *ὀνόματος* intellecto de characteribus laminae inscriptis (cf. *Pag.* 23, vs. 22); *ne nominis* vel characteris *solutionem ipsius vulgaveris, nisi te ipse accusaveris*, accusare velis, nisi sciens culpam committere velis. Comp. Pap. V. *Col.* 5, vss. 13, 14: *Ὄνομα μέγα ἐπικαλέσῃ — εἰ μὴ σεαυτὸν αἰτιάσῃ*. Solutio, *ἐπίλυσις* characterum indicatur infra, *Pag.* 25, vss. 10—12.

Pagina 25.

Vs. 1. *ὥ ἐστιν*, l. *ὅς ἐστιν*, intellecto *ὑποκείμενος* (vss. 10—12) — *καὶ δείξας τõ* (l. *τῷ*) ♂, *et ostendens Soli*, sc. characterem, notas laminae insculptas vertens ad Solem.

Vs. 2. *τώ — μέγαν* ⊟, leg. fortasse *τὸν — μέγαν θ*, i. e. *θεόν*, *κύριον* cett.

Vs. 7. *ἔκλιξον* (l. *ἔκλειξον*) *τὸ φύλλον*, id est *τὴν λεπίδα*, ut *Pag.* 23, vs. 22, vel *τὸ πέταλον*, ut vs. seq. dicitur. De lamina delambenda vid. supra ad *Pag.* 15, vs. 44; et *Pag.* 20, vs. 14.

Vs. 8. *Ἐὰν δὲ — χειρί.* Videntur quaedam deesse, quibus alius ejusdem laminae usus indicabatur.

Vs. 13. *Σεληνιακή* est titulus alterius Moïsis libri apocryphi, ex quo jam quaedam excerpta sequuntur.

Vs. 20. *Ἄνυξις* (l. *Ἄνοιξις*). Aliam aperiendi formulam ope sancti nominis vide *Pag.* 8, vss. 16, sqq.

Vs. 22, sqq. *λέγει καρδίαν* — Locum corruptum hac fortasse ratione restituere possumus: *Λαβὼν ὀμφαλὸν κροκοδείλου ἄρσενος, ποταμογείτονος, καὶ καρδίαν κυνοκεφάλου, καὶ ᾠὸν κανθαροῦ, ζμύρναν καὶ κρίνινον ἄνθος, ἔμβαλλε εἰς ἀγγεῖον καλάϊνον.* An pro *αὖρον* fortasse legendum *ἄρον*, bulbi genus, *arum maculatum*? de quo Plinius. *Hist. Nat.* XIX. 30; XXIV. 91.

Vs. 28. *ἐν τῷ βυθῷ τὴν δύναμιν ἔχουσαν*, intelligitur Luna, quae supra vs. 19 invocatur; accusativus pendet ab omisso *ἐπικαλοῦμαι*, vel simili verbo.

Vs. 33. *Ἐὰν εἴδῃ*, intelligitur *ἡ θεά*, i. e. Luna. Sententia non absolvitur, ita ut fragmentum tantum hujus excerpti ex libro *Lunari*, qui supra, vs. 13, citatur, habeamus.

Vs. 34. *Μοϋσέως ἀπόκρυφος η′, δεκάτη.* Legendum videtur *ὀγδόη*, quod additum a librario, ipsius numeri notae jam adscriptae oblito; aut statuendum *η* conjunctionem esse *ἢ*, et secundum *Pag.* 8, vs. 33 legendum: *Μοϋσέως ἀπόκρυφος ὀγδόη ἢ ἁγία.* Iotacismus autem effecerit, uti recte conjecit Renvensius, *Lettres* cet. *App.* p. 152, ut pro *η′* lectum fuerit *ι′*, et hoc explicetur, *δεκάτη*.

PAPYRUS X.

EXCERPTA CHEMICA.

Papyrus Thebis inventus, librum refert veluti Papyrus W, sed ex foliis decem majoribus compositum, singulis altitudine 0.30, latitudine 0.34, quae tribus funiculis papyraceis olim, ut videtur colligata et complicata, folia viginti minora constituunt, alta 0.30, lata 0.17. Folia duo priora sive paginae quatuor, ut et paginae viginti posteriores libri omni scriptura carent; quae interjacent octo folia, sive paginae sedecim textum inscriptum habent, singulae paginae 41 ad 47, posterior 28 tantummodo versuum. Textura satis subtilis atque bonae fabricae, et ipse papyrus ad idem fere tempus referendus quo textus scriptus fuit; certe alium textum antiquiorem numquam foliis inscriptum fuisse, neque alii cuidam usui papyrum olim inserviisse satis apparet. Scriptura ubique fere nitida, literis majusculis exarata. Literarum formae aliquantulum graciliores et oblongiores, quales Saeculo III° exeunte aut IV° ineunte praecipue usurpari coeperunt.

Textus formulas continet chemicas ex diversis fortasse ejus aevi scriptis excerptas; paginis tribus posterioribus, inde a *Pag.* 14, vs. 15, addunter excerpta nonnulla ex Dioscoridis libro V, *de Materia medica* petita. An ipsi arti chemicae exinde multum lucis offeratur valde dubitamus, sed judicent peritiores. Iis tamen qui historiam ejus artis explorandam sibi proponunt, MStum nostrum haud prorsus inutile videbitur. Scripta ejusmodi chemica, quo nomine alchemica quoque comprehendimus, plurima jam antiquitus collecta, in bibliothecis pu-

blicis inedita adhuc servantur. Quaedam ex iis publici juris fecit, sed Latine versa, textu Graeco non addito, Dominicus Pizimentius, saeculo XVI° exeunte; duorum tractatus Graecos edidit Fabricius in *Bibliotheca Graeca;* Glossae Chemicae et compendia Chemica, quae ad eandem scriptorum chemicorum collectionem pertinent prodierunt in Du Cangii *Glossario Graeco* et in fine Palladii operis *De febribis*, cura Bernardi editi. Omnia autem ut ex bibliothecarum latebris et pulvere in lucem trahantur quantum sit optandum, abunde docuit Reuvensius, *Lettres à Letronne*, III. 70—73. Titulos et argumenta accurate indicavit K. C. Schmieder, *Geschichte der Alchemie* (Hallae 1832). pp. 52—81.

Papyrus noster utrum archetypum operis contineat, an apographum non affirmaverim; illud tamen indicare videntur tituli capitum vel formularum duplices adscripti; et emendationes hic illic in ipso textu additae. Quidquid sit scriptorem rem suam magna incuria egisse saepiusque linguae Graecae imperitum sese prodidisse, plurima demonstrant: vocales male inter se permutatae, quod commune istius aevi vitium et Graecis Aegyptiacis in primis frequens; reliquae quoque literae permutatae, transpositae, omissae vel duplicatae; grammaticorum leges neglectae; vocabula peregrina pro Graecis usurpata, vel ipsa Graeca prorsus nova, aut alia insolita significatione formata; quae omnia in Papyro W quoque deprehendimus.

Vocales permutatae: *α* pro *ε* (Pag. 11, vs. 40 *ἐργάζαθαι*); pro *ι* (Pag. 16, vs. 20 *περικαθάπτουσαν;* pro *ο* (Pag. 3, vs. 7 *πλεανεσμός*, 12, 9 *ἀφθάρου*); pro *ω* (Pag. 4, vss. 1, 2 *πύρασον*; Pag. 13, vs. 3 *κονχυλιατόν*); pro *αι* (Pag. 15, vs. 3 *μέλανα*). *ε* pro *α* (Pag. 1, vs. 9 *κάθερσις*, 3, 7 *πλεανεσμός*, 15, 38 *μέλιστα*); pro *ι* (2, 19 *σεδήρῳ*, 14, 9 *σκορέαν*); pro *η* (11, 10 *περιπελώσας*, 12, 7 *εὔρεσις*); pro *ο* (1, 6 *λευκέν*, 7, 42 *ξυνχωνευέμενα*, 12, 2 *ἐμβαλλέμενος*); pro *ω* (1, 26 *χενεύσας*); pro *αι* (1, 12 *ἔλεον*, 3, 3 *διαθέρμενε*, 3, 6 *γένητε*, 3, 38 *προγέγραπτε*, 4, 7 *κέ*, 7, 21 *θέρμενε*, 7, 32 *εἶνε*, 8, 26 *λέενε*, 8, 31 *ξήρενε*, 12, 2 *ἀρεοῦται*, 7, 9 *ὑπόκεε*, 14, 22 *κενός*, 16, 5 *οἴοντε*, 16, 21 *ὑπογεΰσιν*, pro *ὑποκαίουσιν*); pro *ει* (5, 1 *κεραμέῳ*); *η* pro *ε* (7, 43 *μηθ'*, 11, 36 *ἐμβάλη*, pro *ἔμβαλλε*); pro *ι* (2, 26 *πήσῃ*, 7, 10 *ψημιθείῳ*); pro *υ* (1, 38 *πλατήνας*, 2, 28 *σκλύρην*, pro *σκληρυνῇ*. 4, 41; 9, 30 *χρησοῦ*, 5, 28 *στηπτηρία*, 6, 21 *ψηγῇ*); pro *ει* (14, 20 *προήρηται*). *ι* pro *η* (2, 27 *εἰμί* pro *εἰ μή*? 4, 21 *βυνι*, 13, 12 *ποιήσις*, 15, 17 *Λιμνία*, 16, 17 *καταχριστικός*); pro *υ* (7, 10 *ψημιθείῳ*. 10, 43; 11, 1 *ψιμίθιο*); pro *ει* (2, 28 *κίνι*, 3, 1 *ἐμβαλῖν*, 3, 8 *πλῖον*, 3, 28 *κείνι*; 4, 8 *κρίσσονος*, 4, 20 *βοηθία*, 5, 12 et

passim *ἔπιτα*, 5, 20 *λελιοτριβημένου*, 6, 45 *θέλις*, 10, 43 et 11, 2 *συνλιώσας*, 7, 39 *δριμίαν*, 9, 42, 44 *θίου*, 11, 22 *ἐνπίρου*, 12, 19 *χωνία*, 12, 31 *λιοτρίβει*, 14, 23 *ἐπεριαάμενος*, 14, 41 et 15, 1 *διαφύσις*). ο pro α (12, 21 *κολκίτεως*, 13, 22 *ἔασαν*); pro ω, 1, 15 *καθάριος*, 1, 31 et passim *οὖτος*, 3, 36 *πυρόσας*, 4, 37 *πυρουμένον*, 5, 26 *κεινον*, 5, 38 *ἔνχεον*, 7, 9 *ἐπιμελός*, 7, 14, 15 *πύροσον*, *πύροσιν*, 8, 30 *κόμμεος*, 10, 35 *πεπυρομένου*, 10, 37 *Κειμολείας*, 11, 12 *πρότου*, 11, 39 *δίπλοσις*, 12, 1 *Σινοπίδι*, 14, 24 *πυκνός*, 14, 9 *σκορέαν*, 15, 7 *κατακορός*, 15, 12 *Σἶνοπική*, 15, 29 *ἐμφερός*, 15, 27, 28 *βοληδόν*); pro ει (11, 25 *ὠρόχαλκον*); pro οι (2, 3 *ὀκονομείαις*). ω pro α (1, 36 *ἀνωχώνευε*); pro ε (4, 16 *ἐμβάλω*); pro ο (4, 15 *τώ*, 4, 16 *ἀφωνίτρῳ*, 8, 11 *πάχως*, 8, 22 et 13, 44 *αὐτώ*, 11, 25 *ὠρόχαλκον*, 12, 3 *γενωμένῳ*, 12, 17 *χρώαν*, 12, 18 *πετάλων*, 12, 27 *ἔντως*, 14, 40 *ἐχωμένη*, 16, 1 *νίτρων*, 16, 2 *ῥωδωπόν*). υ pro ε (7, 29 *σμήχυ*); pro η (2, 28 *σκλύρην*); pro ι (8, 25 *μαρύλλια*, 15, 11 *Συνοπική*); pro οι (3, 33 *γλυώδου*); pro ου (15, 40 *ἀποπνέυσαν*, 16, 21 *ὑπογέϋσιν*). αι pro ε (3, 2, 13 *αἴα*, 9, 23 *ἔλαυναι*). ει pro η (13, 23 *φαίκλειν*); pro ι (1, 23, 29 et 2, 19 *κείνει*, 1, 25 et 2, 14 *ποιήσεις*, 1, 36 et 5, 8 *πολλάκεις*, 1, 38, 40 et 2, 3 *οἰκονομείαις*, 2, 10 et 6, 42 *τετράκεις*, 2, 12 *πλειτάκεις*, 2, 35 *Καππδοκεικοῦ*, 3, 12; 4, 22 et 5, 7 *κάμεινον*, 3, 21 *μειγῇ*, 3, 28 *κείνι*, 3, 35 *εἶνα*, 3, 39 *Σαμείαν*, 4, 8, 10 *γεινεται*, 4, 9 *πλεονάκεις*, 4, 10 *τοσαυτάκεις*, *κάλλειον*, 4, 13 *κεικέων*, 4, 25 *μειγέσθαι*, 5, 13 *ἀναγείνει*, ibid. *σειδήρῳ*, 5, 15 et 7, 32 *κύμεινον*, 5, 31 *ῥείνημα*, 5, 33 *σκευασεία*, 6, 5 *κείνησον*, 6, 10 *ὀψείανον*, 6, 16 *ῥείνα*, *ἀνείωτον*, 6, 20 *ἀνακεινήσας*, 6, 20 *μείξαντες*, 6, 23 *ἀνακείνει*, 6, 37 et 9, 7 *χρυσογραφεία*, 7, 43 et 8, 33 *γείνεται*, 8, 30 *ῥεινήματος*, 9, 8 *κόμμει*, 9, 9 *κόνχειον*, 8, 11 *μοσχεία*, 9, 15 *σμήξεις*, 9, 20, 37 *Κειμώλείας*, 10, 2 *μείξας*, 10, 10 *Κειλεικίου*, 16, 22 *ἄμβεικει*, 16, 28 *διεσθείει*). ευ pro αυ (14, 9 *γλευκίσαι*); pro ω (4, 27 *χεύνευσον*). ου pro ο (9, 28 *ψυχρούν*).

Consonantium permutationes: γ pro κ (2, 2 *ἀνέγλειπτος*, 13, 5 *φῦγος*, 5, 13 *ἀναγείνει*, 16, 21 *ὑπογέϋσιν*). γκ pro κ (2, 1 *ἀνέγπλειπτος*). δ pro τ (2, 33 et 3, 29 *τόδε*, 3, 25 et 4, 8 *ἀδραμέντου*), 11, 18 *χρυσίσονδος*). θ pro τ (13, 21 *κυθίδριον*). κ pro γ (10, 17 *τρακακάνθης*, 3, 46 *κλοιοῦ*). pro χ (11, 12 *καλκοῦ*, 12, 21 *κολκίτεως*, 12, 34

κεκευμένος, 13, 21 *κυθϱίδιον*); *κξ* pro *ξ* (2, 32 *ὄκξει*). *λ* omissum (4, 13 *φύλα*). *μ* abundans (14, 33 et 15, 32 *παϱαλημπτέον*, *παϱαλημπτέα*). *ν* ante palatinas, labiales et linguales saepius non mutatum, (1, 8 *ἐνπασάμενα*, 11, 22 *ἐνπίϱου*, 15, 10 *ἔνπλεων*) cett., sed praecipe ante *κ* et *χ* (2, 44 *συνκέϱασαι*, 4, 26 *ἀνένκλητον*, 8, 15 *συνχώνευσον*, 6, 16 *κένχϱον*, 9, 9 *κόνχειον*, 12, 24 et 30, 32 *ἀνχούσης*, 13, 3 *κονχυλιατόν*, 14, 2, 4 *ἀνχοῦσαν*, 16, 19 *κόνχον*). *νξ* pro *ξ* (3, 30 *συνμινξας*). *ν* duplicatum (11, 32 *μετακέννου*). *ρ* omissum (5, 13 et 6, 5 *ὑδϱάγυϱον*, 4, 16 *ἀφωνίτϱῳ*, 14, 28 *κατάπυϱαν*). *ρ* abundans (7, 32 *ἐμφαϱϱῇ*). *σ* pro *ζ* (11, 18 *χϱυσίσονδος*). *σ* abundans (6, 14 *ἐλαστόν*, 9, 40 *ἐλαστά*). *σ* omissum (6, 18, 23 *κασιτέϱου*, 6, 22 *κασίτεϱος*). *τ* pro *δ* (1, 29 *σειτήϱῳ*, 3, 37 et 6, 30 *λεπίτα*, 8, 11 *κηϱῶτης*, 11, 28 *πϱόστος*, 13, 20 *κηκείτος*, 14, 5 *κηκεῖτα*, 14, 21 *σανταϱακίζον*). pro *θ* (3, 44 *ἐκτϱοχιστῇ*). *φ* pro *β* (4, 4 *φαφικῷ*).

Vocabula nova, insolita, et formae vocabulorum insolitae: (8, 25 *πιτυϱίζειν* pro *πιτυϱοῦσθαι*; 10, 13 *ἀνείων* pro *ἀνιείς* (?) 12, 10 *ἀποσιϱώσας*).

Latina pro Graecis: (2, 36 et passim *ἀτϱάμεντον*, 12, 29 *φαίκλη* et *φέκλη*, 11, 22 *ἐνπίϱου*, 14, 6 *τϱήσας* (?)

Formae insolitae: (vb c. 13, 9 *μελανώτεϱος*).

Med. pro pass. (15, 20 *ἀναπλασσόμενοι* — *σφϱαγιζόμενοι*).

Augmentum male additum (13, 6 *ἐξεϱάσῃ*).

Genera vocabulorum mutata: (2, 18 *τὴν πάϱον*; 2, 19; 5, 13 et 6, 5 *τὴν ὑδϱάϱγυϱον*).

Casus turbati: (2, 11 *λευκόν* pro *λευκοῦ*, 2, 21 *ἄσημον* pro *ἀσήμου*) cett.

Ut in Papyro W ita in hoc quoque signa quaedam, spiritus, apostrophas cett. literis nonnullis addita deprehendimus. Spiritus asper ∠ adscriptus vb. c. 1, 22 *ἓν καθ' ἓν βαλών*, et 6, 44 *ἅλι*; idem, ut videtur, interdum neglectus etiam in pronuntiatione, unde 9, 36 *ἐπὶ ἡμέϱας* pro *ἐφ'*, et 9, 40 *μετὰ ὑδϱαϱγύϱου* pro *μεθ'*; apostrophae signum adscriptum: vb. c. 12, 46 *μεθ' ὕδατος*; signum·· supra *ι* asperatum, vb. c. 2, 15 *ἵμάντος*; supra *ι* non asperatum 2, 5 *ἴσας*, supra *υ* asperatum, vb. c. 1, 22 *ὕγαν*, cett. Supra numerorum notas lineola plerumque ducta. Signa tamen reliqua diacritica qua sententiae separantur nulla usurpata.

Scribendi compendia haecce:

— supra postremam vocabuli literam linea ducta pro *ν*.

∠ pro *δϱαχμή*.

ɕ/ (vid. 12, 19) pro ἡλίου (?), aut ἡμέρᾳ ἡλίου (?)

↑, ↗ (9, 42, 44) pro....?

κ pro καί.

κ̊ pro κοτύλη (?)

μ̔ pro μέρος, μέρη.

μ̈ pro μνᾶν.

μ̔ pro ἡμέρας.

πορ pro πορφύρας.

ρ (9, 43) pro....? an 100 (?)

ς, vel ς, pro στάτηρ, στατῆρες.

Ceterum de Papyro nostro cff. Reuvensius, *Lettres*, III. 65—75, et quem edidimus, Monumentorum Aegyptiorum catalogus (*Description Rais.*) p. 123. Scripturae specimina exhibemus Tab. III. nn. 1—4.

***Pagina* 1a.**

Plumbi purgatio et induratio.

In fornace fuso ipsi alumen scissile et chalcanthum minutim contusa et unita adsperge et erit durum.

Alia (purgatio) stanni.

Plumbum et stannum album et . . . . . pix et bitumen; solidum reddunt autem alumen et sal Cappadocicum et magnesia adspersa.

Stanni purgatio injecti in mixturam asemi.

Sumens stannum purum ab omnibus fundito, et sinito refrigerari, et postquam illinaveris oleum, et dilueris rursus fundito; deinde tritis oleo et bitumine et sale inungito, et tertium fundito; et quando fusum sit sepone, pure lotum; erit enim veluti argentum durum. Sin vero ad argentea opera imitanda elaborare velis, ita ut lateat et habeat argenti duritatem, admisceto quatuor partibus argenti partes tres, et erit illud de quo agitur simile operi argenteo.

Stanni purgatio.

Picem liquidam et bitumen singula deinceps injecta (stanno) fundito, et moveto; picis aridae drr. 20, bituminis drr. 12.

Asemi paratio.

Stanni drr. 12, hydrargyri drr. 4, terrae Chiae drr. 2; fuso stanno injicito terram tritam, deinde hydrargy-

PAPYRUS X.

Pagina 1ª.

Μολίβου κάθαρσις καὶ σλήρωσις[1]. Χωνεύσας αὐτὸν, στυπτηρίαν σχιστὴν καὶ χάλακανθον[2] λειαποίσας[3] καὶ ἑνώσας, ἐπίπασσε καὶ ἔσται σκληρός.

Ἀλλὴ κασσιτέρου.

Μόλιβον καὶ κασίτερον[4] λευκὲν[5] καὶ ἑκαθερι[6] πίσσα καὶ ἄσφαλτος· στεῤῥοποιεῖ δὲ στυπτῆρα[7] καὶ ἅλας Καππαδοκικὸν καὶ μαγνησία ἐνπασάμενα[8]. Κασσιτέρου κάθερσις[9] τοῦ βαλλομένου εἰς τὴν κρᾶσιν τοῦ ἀσήμου. Λαβὼν κασσίτερον καθαρὸν ἀπὸ πάντων χώνευε, καὶ ἔασον ψυγῆναι, καὶ ἀλείψας ἔλεον[10], καὶ διεὶς πάλιν χώνευε, εἶτα τρίψας ἔλαιον καὶ ἄσφαλτον καὶ ἅλας, ἄλειψον, καὶ ἐκ τρίτου χώνευε, καὶ ἐὰν χωνευθῇ, ἀπόθου καθαρίος[11] πλύνας· ἔσται γὰρ ὡς ἄργυρος σκληρός· ὅταν δὲ ἀντὶ ἀργυρωμάτων ἐργάζεσθαι θέλῃς, ἵνα λάθῃ καὶ ἔχῃ τὴν τοῦ ἀργύρου σκληρίαν, πρόςμισγε τοῖς τέτρασιν μέρεσιν τοῦ ἀργύρου μέρη γ′, καὶ γενήσεται τὸ προκείμενον ὡς ἀργύρωμα.

Κασσιτέρου κάθαρσις.

Πίσσαν υγὰν[12] καὶ ἄσφαλτον ἓν καθ' ἓν βαλὼν χώνευε καὶ κείνει·[13] οἱ[14] δὲ πίσσης ξηρᾶς ∠ κ′ ἀσφάλτου ∠ ιβ′.

Ἀσήμου ποιήσεις.[15]

Κασσιτέρου ∠ ιβ′, υδραργύρου ∠ δ′, γῆς Χείας[16] ∠ β′· χενεύσας[17] τὸν κασσίτερον ἐπέμβαλε τὴν γῆν τετριμμένην, εἶτα τὴν υδράργ-

---

[1]) l. σκλήρωσις. [2]) l. χάλκανθον. [3]) l. λειαποιήσας, vel λεῖα ποιήσας. [4]) l. κασσίτερον. [5]) l. λευκόν. [6]) l. fortasse ἓν καθ' ἕν, sed vide adnot. [7]) l. στυπτηρία. [8]) l. ἐμπασσόμενα. [9]) l. κάθαρσις. [10]) ἔλαιον. [11]) l. καθαρίως. [12]) l. ὑγράν. [13]) l. κίνει. [14]) l. αἱ. [15]) l. ποίησις. [16]) l. Χίας. [17]) l. χωνεύσας.

rum, et moveto ferro et utere.

Asemi duplicatio.

Duplicatio asemi fit hoc modo: ab aerugine purgati aeris drr. 40, et asemi drr. 8, et stanni boli drr. 40. Funditur vero primum aes, et post duas coctiones stannum, deinde asemum; postea, quando ambo mollia facta sint, refundito saepe et refrigerato praedicta compositione; deinde dilatata iisdem rationibus, fricato Selenite lapide. Et triplicatio fit iisdem rationibus, distributis ponderibus (drachmis) similiter atque supra dictum est.

Pagina 2.

Non deficiens massa.

Massa non deficiens praeparatur hoc modo: rursus iisdem rationibus duplicationis, quando vero aufferre vis massae drr. 8, separatas refundito aequales asemi drr. 4, et fundens ter, et iterum, et deinde refrigerans, depone in Selenitem.

Asemi paratio

Sumens stannum tenue et molle purgato quater, et sumens ipsius partes 4, et aeris albi, puri partes 3, et asemi partem 1, fundito, et quando fusae sint, abstergito saepius, et fabricato quodcumque velis, erit primarium asemum, ita ut et artifices fallat.

Asemi fusilis paratio.

Aeris Cyprii mina . . . ., stanni lori (i. e. stanni ductilis?) mina 1, magnesiae drr. 10, hydrargyri drr. 8, lapidis tophici (?) 20

υρον, καὶ κείνει[13]) *σειτήρῳ*[18]) *καὶ χρῶ.*

Ἀσήμου δίπλωσις.

Ἡ δὲ δίπλωσις τοῦ ἀσήμου γείνεται[19]) *οὕτος*[20])· *τοῦ ἐξιωμένου χαλκοῦ ∠ μ', καὶ ἀσήμου ∠ η', καὶ κασσιτέρου βούλλης*[21]) *∠ μ'· χωνεύεται δὲ πρῶτος ὁ χαλκὸς, καὶ μετὰ δύο πυρώσεις ὁ κασσίτερος, εἶτα ὁ ἄσημος, εἶτα, ὅταν ἀμφότερα μαλακὰ γένηται, ἀνωχώνευε*[22]) *πολλάκεις*[23]), *καὶ κατάψυγε τῷ προειρημμένῳ*[24]) *σκευάσματι· εἶτα πλατήνας*[25]) *ταῖς αὐταῖς οἰκονομειάις*[26]) *ἀνάσμηχε τῷ κουφολίθῳ. Καὶ τρίπλωσις γείνεται*[19]) *ταῖς αυταῖς οἰκονομείαις*[26]), *καταμεριζομέναις ταῖς ὁλκαῖς ἴσως, ὡς προείρηται.*

Pagina 2.

Ἀνέγκλειπτος[1]) *μάζα.*

Ἡ δὲ ἀνέγλειπτος[1]) *μάζα κατασκευάζεται οὔτος*[2]) *πάλιν ταῖς αὐταῖς ὀκονομείαις*[3]), *ταῖς τῆς διπλώσεως, ἐπὰν δὲ ἆραι θέλῃς ἀπὸ τῆς μάζης ∠ η', ἀποκόψας ἀναχώνευσον τὰς ἴσας ἀσήμου ∠ δ', καὶ χωνεύων τρὶς, καὶ πάλιν, παῖ τα*[4]) *ψύχων, ἀποτίθου εἰς τὸ*[5]) *κουφόλιθο*[5]).

Ἀσήμου ποίησις.

Λαβὼν κασσίτερον λεπτὸν καὶ μαλακὸν, κάθαρον τετράκει[6]), *καὶ λαβὼν αὐτοῦ μέρη δ', καὶ χαλκοῦ λευκὸν*[7]), *καθαροῦ μέρη καὶ*[8]) *γ', καὶ ἀσήμου μέρος α', χώνευε· καὶ ὅταν χωνευθῇ σμῆχε πλειτάκεις*[9]) *καὶ σκεῦζε*[10]) *ὃ θέλεις, ἔσται πρῶτον ἄσημον, ὥστε καὶ τοὺς τεχνίταις*[11]) *λαθεῖν.*

Ἀσήμου χυτοῦ ποίησεις[12]).

Χαλκοῦ Κυπρίου μνᾶ[13]) *∠ —, κασσιτέρου ἱμάντος μνᾶ α', μαγνησίας ∠ ϛι'*[14]), *ὑδραργύρου ∠ η', πάρου*[15]) *κ'·*

---

[18]) l. *σιδήρῳ.* [19]) l. *γίγνεται.* [20]) l. *οὕτως.* [21]) l. *βῶλον* (?) [22]) l. *ἀναχώνευε.* [23]) l. *πολλάκις.* [24]) l. *προειρημένῳ.* [25]) l. *πλατύνας.* [26]) l. *οἰκονομίαις.* [1]) l. *ἀνέκλειπτος.* [2]) l. *οὕτως.* [3]) l. *οἰκονομίαις.* [4]) l. *καὶ εἶτα.* [5]) l. *τὸν κουφόλιθον.* [6]) l. *τετράκις.* [7]) l. *λευκοῦ.* [8]) abundant. [9]) l. *πλειστάκις.* [10]) l. *σκεύαζε.* [11]) l. *τεχνίτας.* [12]) l. *ποίησις.* [13]) l. fortasse *μνᾶ α'* (?) [14]) l. fortasse ∠ *ι'* (?) [15]) l. *πόρου.*

fuso aeri injicito stannum, tum vero tritam magnesiam, deinde lapidem tophicum (?), postremum hydrargyrum, et moveto ferro, et effundito ad occasionem.

Asemi duplicatio.

Sumens aes Cyprium, aeruginem demito et injicito salis ammoniaci aequales drr. 4, aluminis drr. 4; fuso admisceto aequalem portionem asemi.

Asemi paratio.

Plumbum purgato pice et bitumine diligenter, nisi stannum (sumseris), et admisceto cadmiam, lithargyrum, aequali portione atque plumbi, et moveto donec permixta sint, et obdurata; sic utitor tamquam asemo naturali.

Asemi paratio.

Sumens fragmenta laminarum, tingito aceto et album alumen scissile, et sinito madefieri dies 7; et tunc fundito cum quarta parte aeris, terrae Chiae (drr.) 8, et Samiae drr. 8, et salis Cappadocici dr. 1, aluminis scissilis dr. 1; mixta (haec) fundito, injiciens atramentum.

Paratio mixturae.

Aeris Galatici drr. 8, stanni lori drr. 12, magnesiae drr. 6, hydrargyri drr. 10, asemi drr. 5. Paratio mixturae utensilis: aeris minae 1 fusae injicito stanni boli (?) minas 2, et sic fabricator.

Auri tinctura.

Aurum colorandi (ratio), ita ut fiat probum: misy, et sal, et acetum ex purgatione auri misceto

Pagina 3.

omnia, et injicito in vas, in quo praedictum aurum, pharmaca, et injicito, et sinito aliquod

χωνεύσας τὸν χαλκὸν ἐπέμβαλλε τὸν κσσίτερον[16]) μετὰ δὲ λεῖαν τὴν μαγηδίαν[17]), εἶτα τὴν[18]) πάρον[18]), ὑστέραν τὴν[19]) ὑδράργυρον, καὶ κείνει[20]) σεδήρῳ[21]), καὶ ἀπόχεε εἰς τόπον.

Ἄσημον[22]) δίπλωσις.

Λαβὼν χαλκὸν Κύπριον ἔξίωσον, καὶ ἐπίβαλλε ἁλὸς ἀμωνικοῦ[23]) τὰς ἴσας ∠ δ′, στυπτηρίας ∠ δ′, χωνεύσας μίσγε ἴσον ἄσημον.

Ἀσήμου ποίησις.

Μόλιβον καθάρισον πήσῃ[24]) καὶ ἀσφάλτῳ ἐπιμελῶς, εἰμὶ[25]) κασσίτερον, καὶ μίσγε καδμεία[26]), λιθάργυρον, ἴσον τῷ μολίβῳ καὶ κίνι[27]) ἕως καταμιγῇ, καὶ σκλύρην[28])· οὕτω χρῶ μ[29]) ἀσήμῳ φυσικῷ.

Ἀσήμου ποίησις.

Λαβὼν τὰ ἀποκόμματα τῶν πετάλων, κατάβαψον ὄκξει[30]), καὶ λευκὴ[31]) στυπτηρία[31]) σχιστὴν, καὶ ἄφες βρεέχεσθαι ἡμέρας ζ′, καὶ τόδε[32]) χώνευε τῷ τετάρτῳ χαλκοῦ, γῆς Χίας η′, καὶ ἀσημίας[33]) ∠ η′, καὶ ἁλὸς Καππδοκεικοῦ[34]) ∠ α′, στυπτηρίας σχιστῆς ∠ α′· μίξας χώνευε, ἐπιβάλλων ἀτράμεντον[35]).

Ποίησις κράσεως.

Χαλκοῦ Γαλατικοῦ ∠ η′, κασσιτέρου ἱμάντος ∠ ιβ′, μαγνήσις[36]) ∠ ϛ′, ὑδραργύρου ∠ ι′, ἀσήμου ∠ ε′. Ποίησις κράμμα[37]) τινου σκεῦος· χαλκοῦ μνᾶ α′· χωνεύσας ἐπέμβαλε κασσιτέρου βούλλης[38]) μνᾶ[39]) β′, καὶ οὕτος[2]) ἐργάζου.

Χρυσίου χρῶσις.

Χρυσίον χροῖσαι, ὥστε γενέσθαι χρηστόν. Μίσυ, καὶ ἅλας, καὶ ὄξος ἀπὸ καθάρσεως χρυσίου συνκέρασαι[40])

Pagina 3.

πάντα, καὶ ἔμβαλιν[1]) εἰς ἀ[2]) τὸ προγεγραμμένον χρυσίον εἰς τὰ φάρμακα, καὶ βάλε, καὶ αἴα[3]) ἐπὶ χρόνον

[16]) l. κασσίτερον. [17]) l. μαγνησίαν. [18]) l. τὸν πόρον. [19]) l. τόν. [20]) l. κίνει. [21]) l. σιδήρῳ. [22]) l. Ἀσήμου. [23]) l. ἀμμωνιακοῦ. [24]) l. πίσσῃ. [25]) l. εἰ μή (?). [26]) l. καδμείαν. [27]) l. κίνει. [28]) l. σκληρυνῇ. [29]) l. ὡς. [30]) l. ὄξει. [31]) l. λευκὴν στυπτηρίαν. [32]) l. τότε. [33]) l. γῆς Σαμίας (?) [34]) l. Καππαδοκικοῦ. [35]) In Pap. ατραμενατον, dein ultimo α deleto. [36]) l. μαγνησίας. [37]) l. κράματος σκεύους. [38]) l. βώλου (?) [39]) l. μνᾶς. [40]) l. συγκέρασαι. [1]) l. ἔμβαλε. [2]) supplendum ἀγγεῖον (?). [3]) l. ἔα.

tempus, et ablatum ex vasculo calefacito in carbonibus, et iterum injicito ipsum in vasculum, in quo est pharmacum praedictum; saepius vero hoc facito, donec factum fuerit probum.

Auri amplificatio.

Aurum amplificandi (ratio): sumens cadmiam Thracicam crustosam admisceto vel Galaticam.

Auri fraus.

Misy et sinopidis aequales portiones aequali portioni auri (addito); postquam injectum fuerit aurum in fornacem et hilaris coloris evaserit, inspergito ex utroque, et sublatum sine refrigerari et fit aurum duplum.

Asemi paratio.

Stanni minae decimam partem, aeris Cyprii decimam sextam, magnesiae terrae trigesimam secundam, hydrargyri stateres 2; fuso aeri primum injicito stannum, tunc magnesiam; deinde iisdem illis fusis injicito asemi pulchri albi octavam (partem) consentaneam; postea, quando mixta fuerint et jam in eo ut refrigerentur aut conflentur, tunc hydrargyrum ultimum.

Alia (formula).

Aeris Cyprii stateres 4, terrae Samiae stateres 4, aluminis scissilis stateres 4, salis communis stateres 2, asemi...., atramenti stateres 2, si vero pulchrius facere velis, stateres 4; fuso aeri inspergito terram Chiam (l. Samiam?) et alumen scissile simul trita, et moveto donec misceantur; et tunc asemo fuso effunde haec, quod antea fusum fuerat miscens junipero, et (quando) mixtum sit aufferto, quum vero ablaturus sis illud calefactum extinguito alumini scissili, et sale, aequali portione cum aqua

τινὰ, καὶ ἄρας ἐκ τοῦ ἀγγείου διαθέρμενε[4]) *ἐπ᾽ ἀνθράκων, καὶ πάλιν ἔμβαλε αὐτὸ εἰς τὸ ἀγγεῖον, οὗ ἐστιν τὸ φάρμακον τὸ προγεγραμμένον, πλεονάκεις*[5]) *δὲ τοῦτο ποίει, ἕως γένητε*[6]) *χρηστόν.*

Χρυσίου πλεανεσμός[7]).

Χρυσίον πλῖον[8]) *ποιῆσαι. Λαβὼν καδμίαν*[9]) *Θρακικὴν πλακώδη μεῖξον*[10]) *ἢ Καλακτικήν*[11]).

Χρυσοῦ δόλος.

Μίσυ καὶ σινωπίδος ἴσον ἴσῳ τῷ χρυσίῳ· ἐπεμβληθῇς[12]) *χρυσὸς εἰς κάμεινον*[13]), *καὶ γένηται ἱλαρὸς, ἔμπασσε ἐξ ἑκάστου, καὶ ἐξεὼν*[14]) *αἴα*[15]) *ψυγῆναι, καὶ γίνεται ὁ χρυσὸς διπλοῦς.*

Ἀσήμου ποίησις.

Κασσιτέρου μνᾶς δέκατον, χαλκοῦ Κυπρίου ἐκκεδέκατον[16]), *μαγνησίας γῆς τριακοστόδυον*[17]), *ὑδραργύρου* στατῆρας *β′· χωνεύσας τὸν χαλκὸν, πρῶτον βάλε τὸν κασσίτερον, εἶτα τὴν μαγνησίαν· εἶτα τὰ αὐτὰ*[18]) *χωνεύσας ἐπίβαλλε ἀσήμου καλοῦ λευκοῦ τὸ ὄγδοον, προςανάλογον· εἶθ᾽ ὅταν μειγῇ*[19]) *καὶ ἤδη*[20]) *πρὸς τῷ ψύχεσθαι ἢ συνχωνεύειν*[21]), *τότε τὴν*[22]) *ὑδράργυρον ἐσχάτην.*[22])

Ἄλλη.

Χαλκοῦ Κυπρίου στατῆρας *δ′, γῆς ἀμίας*[23]) στατῆρας *δ′, στυπτηρίας σχιστῆς* στατῆρας *δ′, ἁλὸς τοῦ κοινοῦ* στατῆρας *β′, ἀσήμου ἀδραμέντου*[24]) στατῆρας *β′, ἐὰν δὲ κάλλιον ποιῆσαι θέλῃς,* στατῆρας *δ′· χωνεύσας τὸν χαλκὸν ἐπίπασσε τὴν Χιαν*[25]), *καὶ τὴν στυπτηρίαν τὴν σχιστὴν, συνλελεασμένα*[26]), *καὶ κείνι*[27]) *ἕως μιγῇ, καὶ τόδε*[28]) *τὸν ἄσημον χωνεύσας κατάχεον*[29]) *τα*[29]) *τα*[29]), *προκεχωνευόμενον συνμινξας*[30]) *γινιπηρίῳ*[30]), *καὶ μιγῇ*[31]) *ἆρον, ὅταν* … *δὲ μέλλῃ*… *ς ἐλαύνειν αὐτω*[32]), *πυρώσας αὐτὸ κατάσβεσον εἰς στυπτηρίαν σχιστὴν, καὶ ἅλας, ἴσον ἴσῳ μεθ᾽ ὕδατος*

---

[4]) l. διαθέρμαινε. [5]) l. πλεονάκις. [6]) l. γένηται. [7]) l. πλεονασμός. [8]) l. πλεῖον. [9]) l. καδμείαν. [10]) In Pap. μῖξον; l. μίξον. [11]) l. Γαλατικήν. [12]) l. ἐπεὶ ἐμβληθῇ. [13]) l. κάμινον. [14]) l. ἐξελών. [15]) l. ἔα. [16]) l. ἑκκαιδέκατον. [17]) l. τριακοστοδεύτερον, vel τριακοστὸν δεύτερον. [18]) l. fortasse ταῦτα, aut αὐτά. [19]) l. μιγῇ. [20]) l. fortasse ἢ δή. [21]) l. συγχωνεύειν. [22]) l. τὸν — ἔσχατον. [23]) l. Σαμίας. [24]) l. ἀτραμέντου. [25]) l. forte τὴν γῆν Σαμίαν. [26]) l. συλλελεασμένα. [27]) l. κίνε. [28]) l. τότε. [29]) l. forte κατάχεε ταῦτα. [30]) hae duae voces supra lineam postea additae; l. συμμίξας γινιπηρίῳ, seu ἰουνιπηρίῳ (?) [31]) suppl. forte ὅταν μιγῇ. [32]) l. αὐτό.

glutinosa crassitudine tenuiori; et si velis perfici opus, rursus intingito in parata (mixtura), et calefacito ut albius fiat, aes vero teneto ante purgatum; calefactum enim illud initio ventilando refrigerato, donec rejecerit squamas, et purum evaserit, et tunc utitor, veluti ante praescriptum est, terram Samiam confundens.

Alia (formula).

Sumito staterem Ptolemaïcum, continent enim (hi stateres) in compositione aes, et immergito; est autem mixtura tincturae, aluminis scissilis, salis communis, in aceto tinctorio, strigmenti crassitudine; immersum et quando a faece purgatum fuerit fusum, et mixtum fuerit

Pagina 4.

huicce (mixturae) calefacito, deinde immergito, tum aufferto, tum calefacito.

Est vero mixtura tincturae (haec): aluminis scissilis, salis communis in aceto tinctorio, strigmenti crassitudine; immersum huicce (mixturae) calefacito, tum immergito, deinde aufferto, tum calefacito; quantum quater vel etiam saepius quavis calefactione immersum fuerit (numisma) tanto fit atramenti melioris; quo autem saepius calefactum immerseris, eo pulchrius fit.

Asemi duri sanatio.

Hac ratione debet durum asemum et nigrum molle fieri et valde candidum: sumens cicidis folia madefacito in aqua per diem unum, tum madefacito antequam

γλυώδου[33]), πάσχος[34]) λεπτότερον[35]) καὶ ἔαν[36]) συντέλεσθαι[36]) τὸ ἔργον, πάλι[37]) κατάβαψον εἰς τὸ προκείμενον, πύρου δε εἶνα[38]) λευκότερον γένηται, τὸν δὲ χαλκὸν ἔχε προκεκαθαρμένον· πυρόσας[39]) γὰρ αὐτὸν ἐν ἀρχῇ ἀποψόφισον[40]), ἕως ἂν ἀποβαλῇ τὴν λεπίτα[41]), καὶ καθαρὸς γένηται, καὶ τότε χρῶ, ὡς προγέγραπτε[42]), τὴν Σαμείαν[43]) συνχωνεύων[44]). Ἄλλη.

Λάβε στατῆρα Πτολεμαϊκὸν, ἔχουσι γὰρ τῇ κράσι χαλκὸν, καὶ κατάβαψον· ἔστιν δὲ ἡ κρᾶσις τῆς καταβαφῆς, στυπτηρίας σχιστῆς, ἁλὸς κοινοῦ, ἐν ὄξει βαφικῷ, κλοιοῦ[45]) πάχος· καταβάψας[46]) καὶ ὥταν[47]) ἐκτροχιστῇ[48]) χωνευώμενον, καὶ μιγῇ

Pagina 4.

εἰς τοῦτο πύρασον[1]), εἶτα κατάβαψον, εἶτα ἔλασον, εἶτα πύρασον[1]).

Ἔστιν δὲ ἡ κρᾶσις τῆς καταβαφῇ[2])· στυπτηρίας σχιστῆς, ἁλὸς κοινοῦ, ἐν ὄξει φαφικῷ[3]), κλοιοῦ[4]) πάχος· καταβάψας εἰς τοῦτο, πύρωσον, εἶτα κατάβαψον, εἶτα ἔλασον, εἶτα πύρωσον, ἕως τετράκις ἢ κε[5]) πλεονάκις καθ' ἑκάστην πύρωσιν κατάβαπτον, γείνεται[6]) τοῦτο ἀδραμέντου[7]) κρισσονος[8]). ὧ[9]) δὲ πλεονάκεις[10]) πυρῶν καταβάπτεις, τοσαυτάκεις[10]) κάλλειον[11]) γειναιται[12]).

Ἀσήμου σκληροῦ ἴασις

Ὡς δεῖ τὸν σκληρὸν ἄσημον καὶ μέλανα ἁπαλὸν γενέσθαι, καὶ ἔκλευκον· λαβὼν κεικέων[13]) φύλα[14]) βρέξον ει[15]) ὕδωρ ἐφ' ἡμέραν, εἶτα βρέξον, πρὸ τοῦ σ-

---

[33]) l. γλοιώδου. [34]) l. πάχος. [35]) l. λεπτοτέρου (?) [36]) l. forte ἔα συντελεῖσθαι, aut ἐὰν θέλῃς συντελεῖσθαι. [37]) l. πάλιν. [38]) l. ἵνα. [39]) l. πυρώσας. [40]) l. ἀποψόφησον, aut fortasse ἀπόψυξον. [41]) λεπίδα. [42]) l. προγέγραπται. [43]) l. Σαμίαν. [44]) l. συγχωνεύων. [45]) l. γλοιοῦ. [46]) abundat, vid. adnotatio. [47]) l. ὅταν. [48]) l. ἐκτροχισθῇ aut potius ἐκτρογισθῇ. [1]) l. πύρωσον; priores hi quatuor versus abundant; vid. adnot. [2]) l. καταβαφῆς. [3]) l. βαφικῷ. [4]) l. γλοιοῦ. [5]) l. καί; sed vid. adnot. [6]) l. γίνεται. [7]) l. ἀτραμέντου. [8]) In Pap. κρισσ̄ονος, l. κρείσσονος. [9]) l. ὡς. [10]) l. πλεονάκις — τοσαυτάκις. [11]) κάλλιον. [12]) l. γίνεται. [13]) l. κικέων. [14]) l. φύλλα. [15]) l. εἰς.

fuseris, in aqua, et tum fundito bis et abstergito spuma nitri, et injicito in tincturam alumen durante fusione, (et) utitor; servat vim, est enim palchrum (asemum).

Alia (formula).

Omnis asemi obsoleti remedium: sumens paleas et hordeum madefactum et rutam agrestem, madefacta aceto infundito et sales (et) carbones (addito); eaque in fornacem injicito, inflato autem saepius et sinito frigescere.

Aeris dealbatio.

Aes album faciendi (formula), ita ut misceatur asemo aequali portione, et deprehendi nequeat: sumens aes Cyprium fundito, injiciens minae (aeris) sandarachae putris, ferri colorem habentis drr. 2, et aluminis scissilis drr. 5, et fundito. Secunda fusione injiciuntur cerae Ponticae drr. 4, sin minus, et calefit et frangitur.

Stanni induratio.

Stannum durum faciendi (ratio). Alumen scissile et chalcanthum insperge singula deinceps; si vero insuper purgaveris stannum sicuti oportet, et usus fueris iis quae praescripta sunt, ita ut ipsis calefactis non effluat (stannum), habebis asemum Aegyptium ad utensilium fabricationem.

Inunctio auri.

Inunctio auri; aliter: purgatio splendoris auri: misy partes 4, aluminis partes 4, salis partes 4, terito cum aqua, (iis) illitum

***Pagina* 5.**

aurum injicito in fornacem in fictili vasculo, luto circumlito, donec consumta sint praedicta pharmaca, et exemtum eluito diligentissime.

ε χωνεῦσαι, εἰς τὼ[16]) ὕδωρ, καὶ ἐπχώνευε[17]) δὶς, καὶ ἔκμαξον ἀφωνίτρῳ[18]), καὶ ἔμβαλω[19]) εἰς τὸ βάμμα στυπτηρίαν ἐπὶ τοῦ χωνεύματος, χρῶ· κρατεῖ τὴν δύναμιν, ἔστιν γὰρ καλή[20]).

Ἄλλη.

Ἐπὶ παντὸς ἀσήμου σαπροῦ βοήθια[21])· λαβὼν ἄχυρα καὶ βύνι[22]) καὶ ἄγριον πήγανον, βρέξας ὄξει, ἐπίχει καὶ ἅλας, ἄνθρακας· ταῦτά τε εἰς τὴν κάμεινον[23]) βάλε, φύσα δὲ ἐπιπλέον, καὶ ἔα ψυγῆναι.

Χαλκοῦ λεύκοσις[24]).

Χαλκὸν λευκὸν ποιῆσαι, ὥστε μειγέσθαι[25]) ἀσήμῳ, ἴσον ἴσῳ, καὶ ἀνένκλητον[26]) εἶναι· λαβὼν χαλκὸν Κύπριον, χεύνευσον[27]), βαλὼν εἰς τὴν μνᾶν σανδαράχης, τῆς σαπρᾶς, τῆς σιδηριζούσης ∠ β', καὶ στυπτηρίας σχιστῆς ∠ ε', καὶ χώνευε. Τῇ δευτέρᾳ χωνεύσει βάλλεται[28]) κηροῦ Ποντικοῦ ∠ δ', εἰ μὴ, καὶ πυροῦται καὶ ῥήσσεται.

Κασσιτέρου σκλήρωσις.

Κασσίτερον σκληρὸν ποιῆσαι. Στυπτηρίαν σχιστὴν καὶ χάλκανθον ἐπίπασσε καθ' ἓν[29]), ἐὰν δὲ προςκαθάρῃς τὸν κασσίτερον ὡς δεῖ, καὶ χρήσῃ τοῖς προκειμένοις, ὥστε αὐτῶν πυρούμενον[30]) μὴ ῥεῖν, ἕξεις ἄσημον Αἰγύπτιον εἰς σκευῶν κατασκευήν.

Κατάχρισις χρυσοῦ.

Κατάχριστον[31]) χρυσοῦ· ἄλλη, διακάθαρσις λαμπρότητος χρησοῦ[32])· μίσυος μέρη δ', στυπτηρίας μέρη δ', ἁλὸς μέρη δ', τρίβε μεθ' ὕδατος, καταχρισας

Pagina 5.

τὸν χρυσὸν ἔμβαλε εἰς κάμινον ἐν κεραμέῳ[1]) ἀγγείῳ, περιπεπηλομένῳ, ἄχρὶ ἀναλωθῇ τὰ προειρημένα φάρμακα, καὶ ἐξελὼν ἔκπλυνε ἐπιμελέστατα.

---

16) l. τό. 17) l. ἐπιχώνευε. 18) l. ἀφρονίτρῳ. 19) ἔμβαλε. 20) l. καλόν. 21) l. βοήθεια. 22) l. βύνην v. βύνας, aut βούνια (?) 23) l. κάμινον. 24) l. λεύκωσις. 25) l. μιγέσθαι. 26) l. ἀνέγκλητον. 27) l. χώνευσον. 28) l. βαλλονται. 29) l. ἓν καθ' ἕν. 30) l. πυρουμένων. 31) l. Κατάχρισις τοῦ. 32) l. χρυσοῦ. 1) l. κεραμείῳ.

Argenti purgatio.

Argentum purgandi et splendidum reddendi (ratio). Sumens partem 1 argenti, et aequalem plumbi, demissa in fornacem liquefacito donec plumbum absumtum fuerit, et hoc saepe facito donec splendidum fiat (argentum).

Argenti tinctura.

Aenea argentea reddendi (ratio). Stanni lori drr. 2, hydrargyri drr. 4, terrae Chiae drr. 2; fundito stannum, injicito terram tritam, deinde hydrargyrum, et moveto ferro, et fingito globulos.

Aeris auri similis paratio.

Cuminum tritum et affusam aquam, et simul trita sinito manere dies 3, die vero 4° commota illinito, si velis, admisceto chrysocollam, et apparebit aurum.

Asemi fusilis paratio.

Aeris Cyprii pars 1, stanni pars 1, magnesiae partes 2, lapidis tophici crudi triti partis . . . .; primum funditur aes, tum stannum, deinde magnesia, denique injicitur tritus lapis tophicus, et moveto ferro, et perficit fusionem (?)

Asemi paratio.

Stanni cotyla (?) 1, aeris Galatici cotyla (?) 1/2; primum fundito aes, deinde stannum, movens simul ferro, et injicito picem siccam, donec saturatum sit; tum effundito, et rursus fundito, alumine usus scissili, ut et pice, et tunc effundito. Sin volueris stannum primum fundere, ramentum primi de quo agitur aeris . . . . et eandem ponderis aequalitatem et eandem agendi rationem observato.

Chrysocollae paratio.

Chrysocolla paratur sic: aeris Cyprii partes 6, asemi partes 2, auri pars 1; funditur pri-

Ἀργύρου κάθαρσις.

Πᾶσάν [2]) τις ἄργυρον καθάριεν κὰ λαμπρὸν εἶναι· [2]) Λαβὼν μέρος α' τοῦ ἀργύρου, καὶ τὸ ἴσον μολίβου, χαλάσας εἰς κάμεινον [3]) τῆκε ἄχρι ἂν ὁ μόλιβος ἀναλωθῇ, χαὶ τοῦτο πολλάκεις [4]) πει [5]), ἄχρι λαμπρὸς γένηται.

Ἀργύρου χρῶσις.

Τὰ χαλκᾶ ἀργυρᾶ ποιῆσαι· κασσιτέρου ἱμάντος ∠ β', ὑδραργύρου ∠ δ', γῆς Χίας ∠ β'· Χώνευσον τὸν κοσιτερον [6]), ἔμβαλλε τὴν γῆν τετριμμένην, ἔπιτα [7]) τὴν [8]) ὑδράγυρον [9]), καὶ ἀναγείνει [10]) σειδήρῳ [11]), καὶ ἀνάπλασσε σφαιρία.

Χαλκοῦ χρυσοφανοῦς ποίησις.

Κύμεινον [12]) τρίψας, καὶ παράχες [13]) ὕδωρ, καὶ συνλεάνας [14]) ἔασον [15]) ὑποστῆναι ἡμέρας γ', τῇ δὲ δ' ἀναταράξας ἐπίχρισον, ἐὰν θέλῃς πρόςμισγε χρυσοκόλλαν, καὶ φανήσεται χρυσός.

Ἀσήμου χυτοῦ ποίησις.

Χαλκοῦ πρίου [16]) μέρος α', κασσιτέρου μέρος α', μαγνησίας μέρη β', πάρου ὠμοῦ λελιοτριβημένου [17]) μέρος ∠· πρῶν [18]) χωνεύεται ὁ χαλκὸς, εἶτα ὁ κασσίτερος, εἶτα ἡ μαγνησία, εἶτα ἐπιβάλεται [19]) λεῖος ὁ πάρος, καὶ κείνεις [20]) σιδήρῳ καὶ ἀποδίδωσι τὸν χῶνον.

Ἀσήμου ποίησις.

Κασσιτέρου κο [21]) α', χαλκοῦ Γαλατικοῦ κο [21]) ∠, προχώνευε τὸν χαλκὸν, εἶτα τὸν κασσίτερον, κεῖνον [22]) ἅμα σιδήρῳ, καὶ ἔμβαλε [23]) τὴν πίσσαν τὴν ξηρὰν, ἕως κοπιάσῃ· εἶτα ἀπόχεε, καὶ πάλιν χώνευε, τῇ στηπτηρίᾳ [24]) χρώμενος τῇ σχίστῃ, ὡς καὶ τῇ πίσσῃ, καὶ τότε ἐπίχεε· ἐὰν δὲ βούλῃ τὸν κασσίτερον πρῶτον χωνεύειν, ῥείνημα [25]) τοῦ πρώτου προκειμένου χαλκοῦ, καὶ τῇ αὐτῇ συσταθμίᾳ, καὶ τῇ αὐτῇ ἀγωγῇ ἀκολούθει.

Χρυσοκόλλου σκευσεία. [26])

Τὸ δὲ χρυσόκολλον σκευάζεται οὕτως· χαλκοῦ Κυπρίου μέρη δ', ἀσήμου μέρη β', χρυσίου μέρος α'· χωνεύεται πρῶ-

---

[2]) l. forte *Πῶς ἄν τις ἄργυρον ποιοῖ καθάριον καὶ λαμπρὸν εἶναι.* [3]) l. *κάμινον.* [4]) l. *πολλάκις.* [5]) l. *ποίει.* [6]) l. *κασσίτερον.* [7]) l. *ἔπειτα.* [8]) In Pap. *τῇ*, l. *τόν.* [9]) l. *ὑδράργυρον.* [10]) l. *ἀνακίνει.* [11]) l. *σιδήρῳ.* [12]) l. *Κύμινον.* [13]) l. *παράχεε.* [14]) l. *συλλεάνας.* [15]) In Pap. *ἔαγον* (σ supra γ). [16]) l. *Κυπρίου.* [17]) l. *λελειοτριβημένου.* [18]) l. *πρῶτον.* [19]) l. *ἐπιβάλλεται.* [20]) l. *κίνει.* [21]) i. e. *κοτύλην* (?) vel *κεράτιον*, in Pap. scribitur κ̊. [22]) l. *κινῶν.* [23]) l. *ἔμβαλλε.* [24]) l. *στυπτηρίᾳ.* [25]) l. *ῥίνημα.* [26]) l. *σκευασία.*

mum aes, tum asemum, deinde aurum.

Stannum cognoscendi (ratio) utrum adulteratum sit.

Fuso ipsi substrato chartam et infundito; si conflagraveris, charta plumbum continet.

Glutinis aurarii paratio.

Quomodo oporteat aurarium gluten facere ad aurea opera: auri partes 2, aeris partem 1 fundito (et) terito; si vero velis (aurum) hilaris (coloris) fieri, una fundito argenti paululum.

Pagina 6.

Aureis literis scribendi ratio

Aureis literis scribendi (ratio): sumens hydrargyrum effundito in vas purum, et una injicito in ipsum aureum folium; quando autem visum fuerit colliquefactum esse aurum cum hydrargyro, moveto quam maxime, una injicito gummi aliquantulum, circiter granum, et sic sinens manere, scribe aureas literas.

Alia (formula).

Lithargyri auri colorem referentis pars 1, aluminis partes 2.

Asemum nigrum faciendi (ratio) ut obsidianum lapidem.

Asemi partes 2, plumbi partes 4; collocatis (iis) in testa vacua injicito sulphur vivum triplicatum, et imposita in fornace fundito, et exemta agitato, et facito quodcumque velis; sin vero ductile, aut fusile signum velis facere, et tunc limato et scalpito, rubiginem autem non contrahit.

Asemi paratio.

Stanni optimi partem 1 liquefac et adjicito picis siccae tertiam partem stanni, et postquam moveris sinito spumare picem donec deficiat rejecta; tum quando frigefactum sit stannum iterum liquefac, et adjicito ad drr. 13

τος ὁ χαλκὸς, εἶτα ὁ ἄσημος, εἶτα τὸ χρυσίον.

Κασσίτερον γνῶναι εἰ δεδόλωται.

Χωνεύσας αὐτὸν ὑπόστρωσον χάρτην καὶ ἔνχεον [27] ἐὰν κατακάῃς, χάρτης μόλιβον ἔχει

Κόλλης χρυσοχοϊκῆς ποίησις.

Ὡς δεῖ χρυσοχοϊκὴν κόλλαν ποιῆσαι εἰς χρυσίον· χρυσίου μέρη β', χαλκοῦ μέρος α', χνεῦσον [28], λείαν [29]· ὅταν δὲ θέλῃς ἱλαρὸν γενέσθαι, συνχώνευσον [30] ἀργύρου βραχύ.

Pagina 6.

Χρυσογραφία.

Χρυσᾶ γράμματα γράφειν· λαβὼν ὑδράγυρον [1] ἔκχεον εἰς ἄγγος καθάρειον, καὶ συνέμβαλε εἰς αὐτὸ χρυσοῦν [2] πέταλον· ὁτα [3] δὲ δοξῇ συντετηκέναι τὸ χρυσίον εἰς τὴν [4] υδράρκυρον [1], κείνησον [5] ὡς μάλιστα, συνέμβαλε κόμοιος [6] μικρὸν ὡς ἂν κένχρον [7], καὶ οὗτος [8] ἐάσας καταστῆναι γράφε χρυσᾶ γράμματα.

Ἄλλη.

Λιθαργύρου χρυσίτιδος μέρος α', στυπτηρίας μέρη β'.

Ἄσημον μέλανα ποιῆσαι ὡς ὀψειανόν [9].

Ἀσήμου μέρη β', μολίβου μέρη δ', ἐπιθεὶς ἐπ' ὄστρακον κενὸν, ἐπέμβαλε θεῖον ἄπυρον τριπλοῦν, καὶ εἰςενέγκας εἰς τὴν κάμινον, χώνευε, καὶ ἐξενέγκας ἔλαυνε, καὶ ποίει ὃ θέλεις· ἐὰν δὲ ἐλαστὸν [10], ἐάν τε χυτὸν ζώδιον θέλῃς ποιῆσαι, καὶ τότε ῥείνα [11] καὶ κόλαπτε· ἔστιν δὲ ἀνείωτον [12].

Ἀσήμου ποίησις.

Κασιτέρου [13] χρηστοῦ μέρος α' χώνευσον, καὶ προςέμβαλε πίσσης ξηρᾶς τὸ τρίτον μέρος τοῦ κασσιτέρου, καὶ ἀνακεινήσας [14] ἔα ἀφρίζειν τὴν πίσσαν, ὡς οὗ ἐκλείπῃ ἀποβαλλομένη· εἶτα ἐὰν ψηγῇ [15] ὁ κασίτερος [16], πάλιν χώνευε, καὶ προςέμβαλε εἰς ∠ ιγ'

---

27) l. ἔγχεον. 28) l. χώνευσον. 39) l. λέαινε, vel λέανον. 30) l. συγχώνευσον.
1) l. ὑδράργυρον. 2) In Pap. χρυσοῦ. 3) l. ὅταν. 4) l. τόν. 5) l. κίνησον.
6) l. κόμμιος. 7) l. κέγχρον, In Pap. scribitur: κομοιος μικροκενχρον (νωσαν supra scriptum). 8) l. οὕτως 9) l. ὀψιανόν. 10) l. ἐλατόν. 11) l. ῥίνα, vel ῥίνει. 12) l. ἀνίωτον. 13) l. κασσιτέρου.
14) l. ἀνακινήσας. 15) l. ψυγῇ. 16) l. κασσίτερος.

stanni, hydrargyri dr. 1, et moveto, et sinito refrigerari, et laborato veluti asemum.

Ut aenea auri speciem habeant,

et neque adfrictu neque attritu ad lapidem deprehendantur, valeant vero maxime ad annulum ornandum et splendidum apparatum; sit vero fabricatio talis. Terunt aurum et plumbum, squamas ut polentam, duas partes plumbi ad unam (auri), tum mixta cum gummi commiscent, et postea illinant annulum, deinde calefaciunt; hoc autem faciunt saepius, donec adsumserit colorem. Haud facile vero deprehendi potest, quoniam adtritum auri facit, et calefacto (annulo) plumbum consumitur, aurum vero non ita.

Aureis literis scribendi (ratio).

Literae aureae: crocus, testudinis fluvialis bilis.

Asemi paratio.

Sumens stannum album et tenuissimum purgato quater, deinde sumens hujus partes 4, et aeris albi puri partem quartam, et asemi partem fundito; quando vero fusa sint, abstergito sale quam plurimum, et fabricator quod velis, sive pocula, sive quaecumque

Pagina 7.

placuerint tibi; erit perinde atque primarium asemum, ita ut vel artifices fallat.

Alia (formula)

Argenti partes 2, stanni et purgati partes 3, aeris dr. . . . . , fundito; deinde exemta et abstersa adhibeto veluti primaria opera argentea.

Aeris tinctura.

Si velis aes argenti colorem habere, aes purgatum diligenter illinito hydrar-

τοῦ κασιτέρου [13]), ὑδραργύρου ∠ α', καὶ ἀνακείνει [17]), καὶ ἔα ψυγῆναι, καὶ ἐργάζου ὡς ἄσημον.

Ὥστε φαίνεσθαι τὰ χαλκᾶ χρυσᾶ, καὶ οὔτε τῇ πρόςει [18]) οὔτε τῇ παρατρίψει τῇ πρὸς τὸν λίθον, ἐλέγχεσθαι, ποιεῖν δὲ μάλιστα ἐπὶ τὸν δακτύλιον, τὴν φαντασίαν, εἶναι δὲ τὴν κατασκευὴν τοιάνδε. Τρίβουσι χρυσὸν καὶ μόλιβον λιπίτα [19]) ὡς ἄλευρα, δύο μέρη τοῦ μολίβου πρὸς ἕν, εἶτα μείξαντες [20]) τῷ κόμμιδι ἀναφυρῶσιν, καὶ μετὰ ταῦτα ἀλείφουσιν τὸν δακτύλιον, εἶτα πυροῦσιν· τούτο δὲ ποιοῦσιν πλεονάκις, ἕως ἀναλάβῃ τὴν χροιάν. Δυςέλεγκτον δ' ὅτι τήν τε παράτριψιν χρυσίου ποιεῖ, καὶ πυρούμενος τὸν μὲν μόλιβον ἐντήκει, τὸν δὲ χρυσὸν οὔ.

Χρυσογραφεία [21]).

Γράμματα χρυσᾶ· κρόκος, χελώνης ποταμίας χολή.

Ἀσήμου ποίησις.

Λαβὼν κασσίτερον λευκὸν καὶ λεπτότατον κάθαρον τετράκεις [22]), εἶτα λαβὼν τούτου μέρη δ', καὶ χαλκοῦ λευκοῦ καθαροῦ μέρος τέταρτον, καὶ ἀσήμου μέρος, χώνευε· ὅταν δὲ χωνευθῇ, σμῆχε ἀλὶ [23]) ἐπὶ πλεῖστον, καὶ κατασκεύαζε ὃ θέλις [24]), εἴτε ποτήρια, εἴτε ὅσα

Pagina 7.

ἐὰν δόξῃ σοι· ἔσται ὡς πρῶτον ἄσημον, ὥςτε καὶ τοὺς τεχνίτας λαθεῖν.

Ἄλλη.

Ἀργύρου μέρη β', κασσιτέρου καὶ καθαρμένου μέρη γ', χαλκοῦ ∠ —, χώνευσον· εἶτ' ἐξελὼν καὶ σμήξας παρατίθει ὡς πρῶτα ἀργυρώματα.

Χαλκοῦ χρίσις.

Ἐὰν θέλῃς χαλκὸν ἀργύρου χρῶμα ἔχειν, τὸν χαλκὸν καθάρας ἐπιμελὸς [1]), κατέχειε [2]) ὑδραργ-

---

[17]) l. *ἀνακίνει.* [18]) l. *προςτρίψει.* [19]) l. *λεπίδα.* [20]) l. *μίξαντες.* [21]) l. *Χρυσογραφία.* [22]) l. *τετράκις.* [23]) In Pap. *ἅλι*, spiritu adscripto. [24]) *θέλεις.* [1]) l. *ἐπιμελῶς.* [2]) l. *κατάχεε*, aut *κατάχριε* (?)

gyro, et cerussa; vel ipsum quoque hydrargyrum solum oblitum valet.

Auri probatio.

Si velis aurum purgare, refundito aut calefacito, et si sit purum in eodem colore remanet post calefactionem, et simile numismati purum; sin magis album appareat, argentum continet; si vero magis rude et durum, aes et stannum; sin nigrum quidem verum et molle, plumbum.

Argenti probatio.

Argentum calefacito aut fundito, veluti aurum, et siquidem sit album, splendens, purum est et fraudem non habet; sin nigrum appareat, plumbum continet, si vero durum appareat et fulvum, aes continet.

Aureis literis scribendi ratio.

Aureis literis scribendi (ratio): glutine aurario scribito quodcumque velis cum aceto.

Operum aeneorum purgatio.

Betis coctis probe abstergito opera aenea et argentea; aqua coquuntur betae.

Aes auro simile.

Aeris colorem auro similem (reddendi ratio): cuminum tritum in aqua, et sepositum per 3 dies diligenter, 4° vero (die) irrigatum copiose illinito, et quodcumque velis inscribito; similem enim speciem habet illinitum atque scriptum.

Argenteorum operum purgatio

Lana ovina intingens salsugine acra absterge, et quum absterseris dulci aqua utere.

Argenti deauratio.

Argenteum aut aeneum vas, sine (argenti) foliis deaurandi (ratio): nitrum flavum et sal simul fusa subigito cum aqua et illinito, et fiet (deauratum).

ὑρῳ, καὶ ψημιθείῳ[3] *καὶ αὐτὴ δὲ ἡ ὑδράργυρος μόνη ἐπιχρισθεῖσα ποιεῖ,*

Χρυσοῦ δοκιμασία.

Ἐὰν θέλῃς χρυσὸν καθᾶραι, ἀναχώνευσον ἢ πύροσον[4]*, καὶ ἐὰν ᾖ καθαρὸς, ἐν τῷ αὐτῷ χρώματι μένει μετὰ τὴν πύροσιν*[5]*, καὶ ὅμοιος τῷ νομίσματι καθαρός· ἐὰν λευκότερος φαίνηται, ται*[6]*, ἄργυρον ἔχει· ἐὰν δὲ τραχύτερος καὶ σκληρότερος, χαλκὸν καὶ κασσίτερον· ἐάν τε μέλα*[7] *μὲν, μαλακὸς δὲ, μόλιβον.*

Vs. 11. *Ἀσήμου σκληροῦ ἴασις*, ratio qua asemum nimis durum et fragile lenius et mollius reddi, *ἀραιοῦσθαι* possit. Comp. *Pag.* 2 vss. 14 et seqq.

Vs. 13. *κεικέων* (l. *κικέων*). *Κίκι* nomen est Aegyptiacum sesami sylvestris, vid. de eo Dioscorid. *Mat. med.* IV. 161; Plin. *H. N.* XV. 7 et quos citat Jablonskius *Opuscc.* I. p. 110 et seq. In hieroglyphicis kek, sequente floris ramuli signo *florem exsiccatum* indicat; qaqa, kaka eodem, vel et seminis signo sequente, *plantam oleiferam* significat; Hebraeis קִיקָיוֹן. V. Brugsch *Hierogl. Demot. Wörterb.* (IV) p. 1476 et (VII) p. 1266.

Vs. 40. *Κατάχριστον* (l. *Κατάχρισις τοῦ*) *χρυσοῦ* — *χρησοῦ* (l. *χρυσοῦ*). Duas diversas haec capitis inscriptiones continere videntur, voce *ἄλλῃ* *alia ratione*, separatas: alteram *Κατάχρισις χρυσοῦ*, alteram *Διακάθαρσις λαμπρότητος χρυσοῦ.*

Pagina 5.

Vs. 18. *Ἀσήμου χυτοῦ ποίησις* vid. supra, *Pag.* 2 vss. 14—20.

Vs. 25. *Κασσιτέρου* 𝔨, id est *κοτύλην* ut videtur, quae mensura aridorum est, *ξεστοῦ* sive sextarii dimidium constituens. Ceterum compendium quoque explicari possit *κόγχην*, mensuram conchae capacitatem habentem, aut *κεράτιον*, siliquam.

Vs. 31. *ῥεί*(l. *ῥί*)*νημα* — *χαλκοῦ*, deëst *ἔμβαλλε* aut simile quid.

Vs. 39. *ἐὰν κατακάῃς χάρτης*, l. fortasse *χάρτην*, ita ut chartae combustione probetur stannum plumbo adulteratum.

Vs. 40. *Κόλλης χρυσοχοϊκῆς ποίησις*. Chrysocolla est qua aurifices utuntur ad agglutinandum aurum. Ejus parandi rationem diversam vide apud Dioscor. *Mat. med.* V. 92, med. et Plinium, *Hist. Nat.* XXXIII. 29.

Pagina 6.

Vs. 6. *ὡς ἂν κέν*(l. *κέγ*)*χρον*, additur ut gummi quantitas aliquantulum accuratius indicetur quam voce *μικρόν.*

Vs. 9. *Λιθαργύρου χρυσίτιδος*. Lithargyrum flavum et optimum Chrysitis dicitur. Vidd. Dioscor. *Mat. med.* V. 102; Plinius, *Hist. Nat.* XXXIII. 35 § 2.

Vs. 12. *Θεῖον ἄπυρον* i. e. *sulphur nativum*, sive *vivum* quod optimum. Cff. Dioscor. *Mat. med.* V. 123; Plinius *Hist. Nat.* XXXV. 50: "Genera quatuor: vivum quod Graeci apyron vocant."

Vs. 25. *Ὥςτε φαίνεσδαι — χρυσᾶ.* Haec videtur inscriptio capitis cui reliqua usque ad *τοιάνδε* vss. 26—29, postea fortasse in glossa addita. *Λίθος* vs. 27 *lapis est Lydius*, sive coticula, de quo vid. Plinius, *Hist. nat.* XXXIII. 43. *Ποιεῖν valendi*, *efficacitatis* significatione usurpatur; post *δακτύλιον* quiddam excidisse videtur, copula verbi causa *καί*, qua ratione *δακτύλιον* unum sit eorum omnium ad splendidum apparatum pertinentium, quae uno *φαντασίας* nomine dein indicantur; fieri tamen quoque possit ut supplendum sit *κατὰ πᾶσαν φαντασίαν*, et intelligendum de annulo ad quamcumque phantasiam parato, de quocumque annulorum genere.

Vs. 38. *Γράμματα χρυσᾶ*, est alia ejusdem capitis inscriptio, eadem quoque fortasse glossatori alicui tribuenda.

Pagina 7.

Vs. 4. *καὶ καθαρμένου*, aut deëst *χρηστοῦ*, *λευκοῦ* vel simile quid, aut conjunctio *καὶ* delenda est; *παρατιθέναι*, vs. seq., *deponendi*, *custodiendi* quoque significatione h. l. accipi possit.

Vs. 10. *αὐτὴ — ἡ ὑδράργυρος*, insolitum hoc et soloecismo forte tribuendum quod hic, ut alibi passim in Pap. nostro *ὑδράργυρος* foeminino genere usurpatur.

Vs. 26. *χρυσᾶ γράμματα γράφειν*. Vid. ad. *Pag.* 6 vs. 38.
κόλλη χρυσοχοϊκῇ, de qua vid. supra, *Pag.* 5 vss. 40 sqq.

Vs. 32. *χαλκοῦ χροιὰν — εἶνε* (l. *εἶναι*). est alia ejusdem capitis inscriptio.

Vs. 36. *ὅμοιον γὰρ εἶδος — γραφέν*, i. e. aes totum illinitum, aut literae, figuraeve in eo scalptae eamdem auri speciem offerunt.

Vs. 41. Vid. ad vs. 32.

Vs. 42. *νίτρον πυῤῥόν*, *nitrum fulvum*, *fuscum*, quale ad inficiendas purpuras tincturasque omnes adhiberi docet Plinius, *Hist. Nat.* XXXI. 4 § 2.

Pagina 8.

Vs. 9. *Ὡς δεῖ — ποιῆσαι.* Alia ejusdem capitis inscriptio.

Vs. 20. *ποιησον κηρῶδες*, id est, uti supra, vs. 11 dicitur, *κηρῶδες πάχος*.

Vs. 22. *λεαντηρὶ* (lege *λεαντηρίῳ*). *Λεαντήριον* instrumentum ad levigandum, poliendum, contundendum, conterendum. In Lexicis non invenitur, sed facile derivatur a *λεαίνω*, unde *λεαντήρ* et *λεάντειρα*, qui, quae levigat, polit, tundit, et *λεαντήριον* instrumentum quo hi utuntur.

Vs. 25. *πιτυρίσῃ*, a *πιτυρίζειν*, idem quod *πιτυροῦσθαι*, *furfuribus infestari*, hoc loco *superficie squamosa*, *rudiori obtegi*.

Vs. 29. *χρυσίζοντος*, arsenicum auri colorem habens optimum putabatur. Dioscor. *Mat. med.* V. 120, 121.

Vs. 34. *μναῖ β'*, omittitur *ἀργυροῦ*, ut apparet ex vs. 38.

Vs. 36. *κουφολίθου*, *τῆς λεγομένης κρήτης*. Ex hoc loco apparet cretam quoque *κουφολίθου* nomine designari. Ceterum *Κουφόλιθος* nomen est apud Graecos recentiores selenitis lapidis, *ἀφροσελήνου* quoque nomine noti. Cf. Salmasius *Plinn. Exercitt.* p. 1098 C.

Pagina 9.

Vs. 6. *Χαλάκανθον* — *ὄξει λεάνας*. Locum lacunosum quomodo sanemus non video; legendum fortasse: *Χάλκανθον καὶ θεῖον ὄξει λεάνας*; aut statuendum ex posteriori prioris vocis syllaba *θον*, librarii culpa ortum esse *θεῖον*, quod ipsum alteri *ειον*, originem praebuerit, ita ut vera lectio sit: *Χάλκανθον ὄξει λεάνας*, *ἐπίγραφε πυκνῶς*. De Chalcantho cf. Dioscor. *Mat. med.* V. 114; Plinius, *Hist. Nat.* XXXIV. 32, *atramentum sutorium* vocat.

Vs. 8. *Ἄνθος κνήκου*, flos est quem hodierni carthamum dicunt.

Vs. 11. *χρῶ*, ortum fortasse ex praecedentis *χρωμάτων* priori syllaba male repetita; aut ita jungendum cum praecedenti phrasi ut sit: *veluti in coloribus* (fieri solet) *utitor*.

Vs. 20. *Κειμωλείας* (l. *Κιμωλίας*) *γῆς*. Terra in monte Cimolo insulae ejusdem nominis, effossa, *cretae* genus. Conf. Plinius. *Hist. Nat.* XXXVI. 52.

Vs. 23. *ἔλαυναι* (l. *ἔλαυνε*) *ducito*, nempe malleolo, *elaborato*.

Vs. 25. *Μίσυος* De Misy metallo vidd. Dioscor, *Mat. med.* V. 116; Plinius, *Hist. Nat.* XXXIV. 31.

Vs. 26. *στυπτηρίας σχιστῆς*, *ἐλυδρίου ἀνὰ μέρος α'*, post *σχιστῆς* omissa videtur mensurae mentio; *ἐλύδριον* pertinet ad herbas quibus veteres utebantur ad luteum colorem tingendum, *χελιδονιον* vel *χελιδονία* aliis dictum. Vid. Salmas. *Exercitt. Plinn.* f°. 1163. B.

Vs. 27. *σὺν οὔρῳ παιδίου ἀφθόρου*. *Urina pueri incorrupti*, ut hic in auri tincturae, infra quoque, *Pag.* 12 vs. 9, in auri duplicationis formula memoratur. Celsus *de Med.* V. 22 § 4, in compositione medicamenti Iudaei nomine insigniti, urinam impuberis pueri numerat. De urinae

impubium puerorum contra salivas aspidum usu cf. Plinius, *Hist. Nat.* XXVIII. 18.

Vs. 38. *καὶ γράψας δόντιζε* (l. *ὀδόντιζε*), dente, aprino ut videtur, veteres utebantur ad chartae papyrive scabritiam laevigandam. Cf. Plinius, *Hist. Nat.* XIII. 25. Chartam ea ratione laevigatam Cicero, *Ep. ad Q. fr.* II. 15 *b* (Ed. Orellii) *dentatam* vocat.

Vs. 42. *Θίου* (l. *Θείου*) *ἀπύρου* ↗. Compendium quod hic, ut et vs. 44 usurpatur nobis certe ignotum, neque magis videmus, quomodo vocabulum, litera *ρ* vs. 43 indicatum, post *στυπτηρίας σχιστῆς* et *κόμμεως* mentionem impleamus. Ceterum eadem aureis literis scribendi formula, hic ut videtur non absoluta, iterum recurrit vs. 44 et vss. 1—4 paginae sequentis.

Pagina 10.

Vs. 1. *τὸ ἴδιον* legendum *τὸν ἰόν*, ut apparet ex praecedentibus, ubi inverso ordine de iisdem, aerugine, sulphure et alumine agitur.

Vs. 3. *οἴνῳ ἀθαλάσσῳ* i. e. vino cui aqua marina non est admixta. De vinis quae aqua marina admixta praeparabantur, *θαλάττιοι οἶνοι*, vidd. Dioscor. *Mat. med.* V. 27; Plinius, *Hist. Nat.* XIV. 24.

Vs. 9. *ἤτω δὲ τῶν ξηρῶν πάντων ἡ ὁλκή*, i. e. quum haec omnia arida facta sint, pondus eorum sit staterum 20, sive drachmarum 80.

Vs. 20. *τὸ δὲ χαλκοῦν μὴ ἐχέτω δάσος*, i. e. si opus aeneum est quod deaurare vis, ne sit asperum, sed ante probe politum et laevigatum.

Pagina 11.

Vs. 12. *κ*(l. *χ*)*αλκοῦ τροχικοῦ*, intelligitur *aes fusile*, cui opponitur *ἐλατόν*, seu *aes ductile*. Prius *χαλκὸς τροχικός*, vel *τροχίας* vocatur, quoniam fusum massarum rotundarum, *τροχῶν* formas imitabatur. Vid. Salmasius. *Exercitt. Plinn.* fol. 1077. B; est autem idem quod *χαλκὸς χυτός*.

Vs. 15. *Φιμήνας — ὁ Σαεί*(l. *Σαΐ*)*της*. Quis Phimenas hic Saïtes fuerit aliunde nobis non constat. Nomen videtur ex Aegyptiorum lingua petitum et a thaumaturgo, vel chemico quodam assumtum, ut ita scriptis vel experimentis suis auctoritatem compararet; ϥι—ⲙⲏⲓⲛ vel ϥι—ⲙⲁⲉⲓⲛ, significare potest *afferens*, *portans signa*, auguria. Sed comparari quoque possint nomina Aegyptiorum *Φαμίνις*, *Φαμήνις*, *qui devotus est deo Mendeti*; ⲡⲁⲙⲏⲛⲁⲥ, *Menae regi devotus*; *Μηνᾶς*, Menas nomen quoque Graecum, et ex posteriori tempore, sanctus Menas, nomen ex *Μηνόδωρος* contractum.

Vs. 22. οὐκ ἔστιν — ἐνπί(l. ἐμπεί)ρου, haec in parenthesi sunt accipienda.

Vs. 25. Ἀσήμου — κρίσσον (l. κρείσσονος) ἀσήμου. Sensus esse videtur, Asem paratio vero asemo melioris.

Vs. 34. τρίμελος ἀμώμου, corrigendum forte εἶτα χωνεύσας προςδίδου τὸ τρίτον μέρος ἀμώμου, aut προςδιδόσθω τρίμμα ἀμώμου, *ramentum amomi.* De Amomo herba vid. Dioscor. *Mat. med.* I. 14.

Pagina 12.

Vs. 7. Ὕδατος θείου εὕρεσις (l. εὕρησις). Si prior hujus capitis titulus Ἄλλη, recte sese habet, alter hic male additus videtur. Ex ipso tamen capitis textu posteriorem inscriptionem veriorem et ὕδατος θείου praeparandi formulam indicari putaverim, quo et ipso ad opera deauranda usi fuerint artifices. Inter Zosimi, chemici Saeculi V^ti^ scripta memoratur liber Περὶ τοῦ θείου ὕδατος. In *Glossis Chemicis* (editioni Palladii *de Febribus* a Bernardo, Lugd. Bat. 1745 curatae additis) complures θείου ὕδατος significationes arcanae traduntur, quarum tamen nulla huic loco convenit.

Vs. 9. οὔρου ἀφθάρου, (l. ἀφθόρου) corrigi potest sententia ex *Pag.* 9, vs. 27.

Vs. 10. ἀπω(l. ἀπο)σιρώσας διὰ τὴν τρυγείαν (l. τρυγίαν). Verbum σειρόω *evacuandi*, *exhauriendi* significatione usurpatur, inde ἀποσειρόω eodem sensu; sed dubito an non peculiaris quaedam ratio vasculi evacuandi indicetur, propter additum illud διὰ τὴν τρυγείαν, ita ut faex in vasculo remaneat. Cf. infra vs. 47.

Vs. 12. ἀρεοῦται (l. ἀραιοῦται). Ἀραιοῦν *rarefacere*, *lenius*, *mollius reddere;* Cf. *Pag.* 4 vs. 11, 12.

Vss. 13, 14. προκεις — ηρισθενπος, haec quomodo sanentur non video; neque e reliquis, quae in hoc capite et sequenti misere corrupta leguntur, sensus idoneus facile eliciatur.

Vs. 15. πυρίτης. De pyrite lapide cf. Dioscor. *Mat. med.* V. 142.

Vs. 19. μίσγεται τῇ χωνίᾳ ☉ μέρος α', β' μέρη δ'. Compendium post τῇ χωνίᾳ solis nomen solet indicare, quod tamen nude sic interjici posse non credo; an intelligendum de *die Solis*, ita ut sit: *Die Solis una pars fusione miscetur*, 2° *die*, i. e. *die Lunae*, 4 *partes?*

Vs. 22. ὕδατος θείου. V. ad vs. 7. Hic fortasse legendum ὕδατι θείῳ.

Vs. 24. Κάτα(l. Κάτο)χος ἀν(l. ἀγ)χούσης. De anchusa herba, qua ad lanam coloribus praetiosis praeparandam, et unguenta componenda utebantur veteres, vidd. Dioscor. *Mat. med.* IV. 23—25; Plinius. *Hist. Nat.* XXII. 23; XIII. 2. § 2; XXI. 59. Κάτοχος hic et vs. 30 formulam indicare videtur sive rationem qua anchusa probe et satis diu servari possit, ita ut virtutes suas retineat.

Vs. 27. *Ἀνίεται — στροβιλίοις.* Secundum Plinium, *Hist. Nat.* XXII. 23, anchusa oleo dissolvitur.

Vs. 36. *ταῦτα ὡς πρὸς βαφάς*, intelligi videtur *ποιεῖ* vel *χρήσιμά ἐστι* aut simile quid.

Vs. 38. *Λίθον Φρύγειον* (l. *Φρύγιον*). Lapis Phrygius ita vocatus quoniam tinctores Phrygii eo utebantur. Vid. Dioscor. *Mat. med.* V. 140.

Vs. 38. *καὶ χαλάσας*, referendum videtur ad *τὸ ἔριον*, lanam, prius lapidi Phrygio tuso et arefacto aliquamdiu immergendam, deinde postquam lapidi Phrygio fucus admixtus sit, iterum immergendam.

Vs. 42. *ἤκουσα δὲ προκλυκις.* Vitium latet, cui quomodo medeatur non video.

Pagina 13.

Vs. 15. *πεδερώτινων*; l. *παιδέρως τις*, ita dicitur acanthi genus. vidd. Dioscorid., *Mat. med.* III. 17; Plinius, *Hist. Nat.* XXII. 34.

Vs. 16. *νίτρου βερνικαρίου*; posterius, ex sequentibus *βραχὴ ἀντὶ τοῦ καρύου* ortum, rejiciendum est, et legendum fortasse *νίτρου σαπροῦ* vel *νίτρου τοῦ σαπροῦ;* nam Plinius, *Hist. Nat.* XXXI. 46 § 2, ad inficiendas purpuras tincturasque omnes nitrum *sordidum* utile esse tradit.

Vs. 28. *μεῖξον, ἕως ἐπιμελῶς* transponendum forte *μίξον ἐπιμελῶς ἕως ἐμπαχυνθῇ.* Vid. infra *Pag.* 14 vs. 10.

Vs. 38. *ἀν*(l. *ἀγ*)*χοῦσαν, λεοντικήν*, inserendum *καί.* De leontice herba, quae alias *κακαλία* dicitur, cff. Dioscor. *Mat. med.* III. 121; Plinius. *Hist. Nat.* XXV. 85.

Vs. 39. *λεῖα ὡς στίμι* (l. *στίμμι*) *minutim ut stibium*, quale usurpari solebat a mulieribus ad supercilia tingenda.

Vs. 44. *ἐστυμμένον*, intelligendum ut videtur de lana, alumine, *στυπτηρίᾳ σχιστῇ*, aliisque, secundum vss. 19, 20, praeparata.

Pagina 14.

Vs. 4. *κηκείτα* (l. *κηκίδα*) *ὀμφακίνην*, i. e. *gallam omphacitem*, Dioscor. *Mat. med.* I. 146, *Κηκὶς — ἡ μέν τις ὀμφακῖτις καλεῖται.*

Vs. 6. *καὶ τρήας* legendum videtur *τρήσας*, participium formatum a Latinorum *tero;* aut *τρίψας* a *τρίβω.*

Vs. 8. *Ἀντιγλαυκειμός* (l. *Ἀντιγλαυκισμός*), i. e. ratio praeparandi colorem caeruleum factitium, quo lanae tingantur perinde ac si vero caeruleo colore tinctae essent. Sic apud Dioscor. *Mat. med.* V. 86, *ἀντίσποδα* dicuntur quae loco cineris metallici usurpantur, *cineres factitii.*

Vs. 12. *προςστυμμένος*, (l. *προεστυμμένον*), vid. supra ad *Pag.* 13 vs. 44.

Vs. 15. *Διοςκορίδου, ἐκ τοῦ περὶ ὕλης*. Sequuntur excerpta nonnulla ex Dioscoridis libro V *de Materia medica.*

Vs. 16. *Ἀρσενικόν.* Dioscor. *Mat. med.* V. 120.

Vs. 26. *Σανδαράκη* (l. *Σανδαράχη*). Dioscor. V. 121.

Vs. 32. *Μίσυ*, Dioscor. V. 116.

Vs. 34. *θαλλσθῆναι*. Apud Dioscor. legitur *θρανσθῆναι*, codicum ut videtur et editionum consensu; sed correxerim *θλασθῆναι*, a *θλάω*, *frango*, *contundo.* Cf. Dioscor. V. 84 in. *θλασθεῖσα δὲ ἔντεφρος.*

Vs. 36. *Καδμία.* Dioscor. V. 84.

Pagina 15.

Vs. 5. *Χρυσοκόλλα.* Dioscor. V. 104.

Vs. 11. *Μίλτος Συνο*(l. *Σινω*)*πική.* Dioscor. V. III.

Vs. 14. *Ἡ δὲ τεκτονική*, Haec usque ad vs. 17 sunt ex Dioscoridis V. 112.

Vs. 17. *Ἡ δὲ Λιμνία*(l. *Λημνία*)*λεγομένη*, Dioscor. V. 113.

Vs. 19. *μιγνυμένη αἵματι αἰγείῳ*, fabula orta ex capri figura quae Lemniae terrae massis, sigilli loco imprimebatur.

Vs. 22. *Στυπτηρία.* Dioscor. V. 122.

Vs. 40. *τυρῶδες*, est haec quoque vulgaris apud Dioscor. lectio; pro qua Marcellus jam reposuit *πυρῶδες*, a reliquis editoribus receptum.

Pagina 16.

Vs. 1. *Νίτρων* (l. *Νίτρον*). Dioscor. V. 129.

Vs. 4. *Κινναβάρει* (l. *Κινναβάρι*). Dioscor. V. 109.

Vs. 6. *μινίῳ — μίνιον.* Apud Dioscor. legitur *ἀμμίῳ — ἄμμιον*, priori tamen loco unus codex habet *μινίῳ* ut Papyrus noster.

Vs. 15. *Ὑδράργυρος.* Dioscor. V. 110.

Vs. 16. *μηνίου*, apud Dioscor. *ἀμμίου*, sed in editt. ante Goupylum *ἀμηνίου.*

PAPYRUS Y.

ALPHABETUM ET LITERARUM COPULATIO.

Papyrus, altus 0,08 ad 0,09, longus 0,90 M., in *Musei Catalogo* litera et numeris I 398, in Catalogo MS^{to} monumentorum Anastasianorum, A. MS. 74 *a* distinctus. Olim in utraque superficie textum Demoticum continuisse videtur, cujus in aversa parte fragmenta satis ampla supersunt, verumtamen manium frequentiori tractatu et usu quotidiano, aliisve causis valde adtrita, ita ut non nisi hic illic signa quaedam et phrases agnosci possint. In altera superficie vestigia quoque textus Demotici, at multo obscuriora et fere prossus evanida cernuntur, ita ut conjeceris dedita opera hic antiquam scripturam extersam fuisse, ut papyrus novo usui inservire posset.

Textus Graecus in viginti novem columnas vel series dispositus, exhibet: in 1^{a} serie vocales septem alphabeti; in septemdecim seriebus quae sequuntur totidem consonantes, singulas cum una vocalium conjunctas; denique in undecim seriebus postremis copulationes duarum vel trium consonantium cum vocali.

Reuvensius de hoc MS egit *Lettres* III. pp. 111—113. Scripturae specimina exhibet Tab. nostra III. nn. 5, 6.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
α	βα	γα	δα	ζα	θα	κα	λα	μα	να	ξα	πα	ρα	σα	τα	φα
ε	βε	γε	δε	ζε	θε	κε	λε	με	νε	ξε	πε	ρε	σε	τε	φε
η	βη	γη	δη	ζη	θη	κη	λη	μη	νη	ξη	πη	ρη	ση	τη	φη
ι	βι	γι	δι	ζι	θι	κι	λι	μι	νι	ξι	πι	ρι	σι	τι	φι
ο	βο	γο	δο	ζο	θο	κο	λο	μο	νο	ξο	πο	ρο	σο	το	φο
υ	βυ	γυ	δυ	ζυ	θυ	κυ	λυ	μυ	νυ	ξυ	πυ	ρυ	συ	τυ	φυ
ω	βω	γω	δω	ζω	θω	κω	λω	μω	νω	ξω	πω	ρω	σω	τω	φω

17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29
χα	ψα	βϱας	βϱως	γϱυς	ζϱας	κϱις	μνως	ξας	πϱας	σϱας	φϱας	χϱας
χε	ψε	βϱες	γϱας	γϱως	ζϱες	κϱος	νας	ξες	πϱες	σϱες	φϱες	χϱες
χη	ψη	βϱης	γϱες	δϱας	ζϱης	κϱυς	νες	ξης	πϱης	σϱης	φϱης	χϱης
χι	ψι	βϱις	γϱης	δϱες	ζϱις	κϱως	νης	ξις	πϱις	σϱις	φϱις	χϱις
χο	ψο	βϱος	γϱις	δϱης	ζϱος	μνας	νις	ξος	πϱος	σϱος	φϱος	χϱος
χυ	ψυ	βϱυς	γϱος	δϱις	ζϱυς	μνες	νος	ξυς	πϱυς	σϱυς	φϱυς	χϱυς
χω	ψω			δϱος	ζϱως	μνης	νυς	ξως	πϱως	σϱως	τϱως	χϱως
				δϱυς	κϱας	μνις	νως					
				δϱως	κϱαες[1]	μνος						
					κϱης	μνυς						

ADNOTATIO.

In Seriebus 19—29 consonatium duarum, triumve cum vocalibus compositarum θ, λ, ϱ, τ et ψ omissae; in seriebus 24 et 25 literae ν et ξ cum una tantummodo consonante compositae. Quod ad ξ adtinet, omissio non ex duplici natura consonantis, κς vel γς, explicanda, nam φ et χ, literae duplices, aeque ac reliquae cum duabus consonantibus conjunguntur. In Serie 28, τ omissum, quum priori serie ς absoluta, scriptor ad φ transiisset; scribendi vitio fortasse, quo litera τ minus accurate expressa formam literae φ assumserit. Errorem tamen agnovit in septima compositione, ubi τϱως pro φϱως scriptum.

Ad simile monumentorum genus referenda tabula lignea quae in Museo antiquario asservatur, itidem cum reliquis monumentis Anastasianis ex Aegypto huc translata, et in *Catalogo Musei* sub signis I. 450 p. 131 descripta. In utraque superficie, atramento scriptas exhibet in sex columnis vel lineis erectis omnes literas alphabeti Graeci. Tabulam edidimus in *Monumentis Aegyptiacis* II. tab. CCXXXVI.

[1]) lege κϱες.

PAPYRUS Z.

LIBELLUS SUPPLEX.

In *Catalogo Musei* litera et numeris I. 425, in Catalogo MS[to] monumentorum Anastasianorum A. MS. 5 distinctus.

Papyrus in insula Philis repertus, altus 31, longus 76, fabricae satis probae, texturae tenuis, sed multis lacunis, nonnullis amplioribus quoque scatens. Textum integrum continet sedecim versuum, cui praemittuntur tituli ut videtur, literis majoribus et ornatioribus expressi. Ex harum literarum nonnullarum versus initium MS[ti] ductibus non absolutis, papyri partem, attamen exiquam tantum, periisse suspicamur. Textus ipse literis cursivis quae vocantur scriptus, plerumque inter se connexis literarum ductibus, interdum et majusculis intermixtus. Scripturae genus pro tempore haud improbandum, sed manu quod ad characterum formas adtinet saepius non sibi constante elaboratum, ita ut eadem litera interdum prorsus diversas formas induerit. Lacunis praeterea majoribus textus frequentius interruptus, maniumque adtritu aliisque causis obscurior redditus, quod temporis longitudini et atramenti colori pallescenti quoque maximam partem tribuendum; hinc ductus et lineae multis in locis fere evanuere vel inter complures prioris, anteriorisve textus non satis erasi vel deleti reliquias, non satis distingui possunt.

Quae omnia effecerunt, ut de extricando, legendo et explicando textu desperandum esse videretur et metuendum, ne fere inutiliter jaceret Papyrus, curiositatis potius quam verae scientiae studiique monumentum. Id tamen non in fatis. Feliciter enim accidit, ut vir doctissimus E. J. Kiehlius, qui annis abhinc undecim irreparabili scientiarum damno, morte ereptus est, inde ab anno hujus saeculi quinquaqesimo et per quatuor sequentes Leidae degeret, in Gymnasio Praeceptoris munere functus. Huic papyrum nostrum ostendi et proposui ut difficillimum inceptum adiret. Consentiebat vir doctissimus; indefessa patientia

atque ardore nullis difficultatibus a proposito deterreri se sinente, laborem arduum et periculosum, saepius quoque taedium movere minitantem suscepit et quas horas, interdum inter plurima muneris officia et reliqua publicorum et privatorum negotiorum studia sibi servare poterat, operi impendit.

Rem egit hoc modo, ut singula deinceps ipsius textus, signis et literis quae huic praemittuntur omissis, apographa faceret, quae deinde, nova comparatione instituta corrigebat. Literis quae dubiae manserant, aut quas nondum enucleare potuerat, sed nova cura agnoscere aut certius definire didicerat, veriores suprascribebat, quae probabili conjectura suppleri posse videbantur, uncis includebat; reliquas quae prorsus perierunt, aut nulla fere vestigia reliquerant, parvis orbiculis, ø, indicabat, quibus literas ex saepius repetita collatione melius quodammodo apparentes suprascribebat.

Mense februario anni 1851 undevigesimum apographum jam paraverat, quum multitudine negotiorum obrutus per aliquod tempus ab opere desistere debuit, consilio tamen suscepto, tempore opportuno illud iterum resumendi et quantum posset ad finem quoque perducendi. Propositum adsequi ei non licuit, otio nullo inter multiplices labores concesso. Res itaque jacuit annos quatuor, usque ad mensem januarii 1855, quo tempore Kiehlius ad cathedras Athenaei Daventriensis vocatus, Leidam ad novum munus obiendum reliquit et Daventriam profectus est.

De papyro edendo eousque numquam sermo inter nos fuerat. Textum tantummodo ex obscurissimis literarum ductibus prodere sibi proposuerat Kiehlius; argumenti explicatione et adnotatione in posterius tempus remissis, quando, saepius repetita collatione tandem de dubiis literis quoad fieri posset, certior factus fuisset. Ut autem viro doctissimo Leidam relinquenti fructus studiorum, et temporis huic labori impensi probe servaretur, apographum quod postremum scripserat involucro inclusum, utriusque nostri sigillo obsignatum in Museo antiquario depositum fuit.

Tandem textum cum reliquis papyris Graecis Musei nondum editis in publicam lucem editurus, involucrum resignavi et apographum reddendum constitui, quale ultima vice redactum a viro doctissimo mihi fuerat commissum [1]).

Priori igitur loco hic damus apographum illud quam maxima cura typis redditum. Sequitur textus repetitus, qualis jam a me distingui aut ex certis literarum quae supersunt lineis et ductibus restitui posse videbatur, accentibus,

---

[1]) Vir clarissimus S. A. Naber in Universitate Amstelodamensi professor, Kiehlii in transcribendo Papyri hujus textu studii mentionem fecit in Opusculo: *In memoriam. Mr. E. J. Kiehl, leeraar in de Staatswetenschappen aan de Rijks hoogere burgerschool te Middelburg herdacht.* Amsterd. bij de Roever-Kröber-Bakels. 1874. (Non prostat).

ceterisque signis additis; exinde conspectus formarum literarum quibus libelli scriptor usus est; tandem versio Latina, quantum ex certa texti lectione expromi licuit, adnotatione instructa.

Reuvensius de hoc MS[to] pauca egit, *Lettres*, III. pag. 34, ubi textus primo examine duas tantummodo voces, *εωθεν* et *εκκλησιων*, distinguere se potuisse testatur.

Libellum supplicem continet, ab Apione (seu Annione?) episcopo legionis Syenae, Contra-syenae et Elephantinae, in meridionalibus Eegypti superioris finibus praesidium agitantis, ad Theodosium et Valentinianum imperatores missum, de barbarorum invasionibus et injuriis, quibus ecclesiae in locis illis vexabantur, militum praesidiariorum numero ad eos repellendos non satis sufficiente.

Referendum itaque MS[tum] ad annum quo Theodosius Magnus in Oriente, Valentinianus II simul in Occidente imperium obtinuerunt. Theodosius anno 391 post. C. Valentiniano Occidentis regnum obtulit, sibi Orientis reservavit. Hoc sequenti anno occiso, sequitur ut papyri aetas ad unum horum duorum annorum referenda sit.

Utrum ipsum libelli supplicis exemplar imperatoribus oblatum, an vero apographum ejus habeamus, non constat. In insula Philis repertum fertur, unde conjicere fortasse liceat, papyrum ob unam aliamve causam ad imperatores non missum, apud Apionem remansisse; sin apographum sit, quod episcopus sibi reservare voluit, satis nitide et cum cura pro eo tempore scriptum fuisse facile agnoscimus.

1) *εχεπ*

2) *[τ]οισ γη[σ] και θαλ[ασ]σησ και παντο[σ αν]θ[ρ]ωπων εθ[νουσ] και γενουσ*

υπ ØØØ

[δεσ]ποται[σ] φφØØ θεοδοσιω και ƒαλεντινι[α]νω τοιØØØοισαπ +

3) *δεησισ και ικεσια π[αρα] αννιωνοσ επισκοπο[υ] λ[ε]γεωνοσ συη[νη]σ και*

δ

ØØ η δ ιØØ

κενØØσØνησ και ελεφαντινησ επαρχιασ γη[σ υ]μετε[ρασ απ]ØθØØιØοσ

4) *ειωθεν η υμετερα φ[ιλ]ανθρωπια πασιν τοισ δεομενοισ χειρ[α] δεξιαν*

[ορε]γειν [ο]θεν καγω τουτο σαφωσ μεμαθηκωσ επι τασδε τα[σ δ]εησεισ

ατοσ

5) *εληλ[υ]θα [τ]ου πραγμØØØØτοσ τοσ εν ερυγοισ ειμε[ν] μεσω των αλιτηριων*

βαρβαρ[ων μετ]α των εμων εκκλησιων τυγχανων των τειλεντινων

πολ κ ω

6) *μεταξυ και αννØυƒαδ[ων] ØØØλασ παρ εκει[νων] ØØαφØØουσ [κατ]αδρο*

[μασ υπε]μενομεν ουδενοσ στρατιωτου προειστ[αμ]ενου των

τ

ρυ

π τ το ω

7) *ημετερων τοπων εκ το[υ] του μØØε μεγα πιπØμενØν εκκλ[ησιων] κ[α]ι*

υναμ

μη δØØενων μητε τοσαταισ προσφευγουσειν επαμυνει[ν]

ει
απτωνε ωνεμ
8) *προσπιπτω προκυλινδουμεν[οσ] των θειων υμων και αχρονØØØØχνØØØØØε*
τ
καταξιωσαι θεσπισαι φρουρειο μεγα +
α θαι ν τ
9) *αγιασ εκκλησιασ υπο των παρ ημειν στρατιω[των] κØπιθεσØØØØØυσιØØØØØ*
σ
ν
υ
τ
αδοØειν περι παντων καθωσ οι εν φιλωηι ουτω
ω
νο σ φρ
10) *καλουμενο[ι] φρουριω [γη]σ υμετερασ αποθηØØØιοØ[στ]ρατιω[ται]ØØØØου-*
ουσεινκα
α
ρØνØØØι υπουργουσειν ταισ εν φιλω αγιαισ το[υ] θ[εου]
Ø Ø ο Ø
11) *εκκλησιαισ ουτω γαρ δυνησØØØεØαοδευØØØØν γρεσØØνØειØØγØØØØνκασμε[τ]*
υ
ιοσ
ειεναι νομοθεσιασ ØØιØØØØØ
ø
12) *βαρυ γαρ ησ οριζομ[ε]νησ κατα [τ]ων π[α]ραδ[ο]ν[των] øøøχεøøøøøøøων-*
ει
øøøøøδωσ παρ υμων θεσπι[σ]θεν: απαση[σ]
εν τ
13) *συναρπαγησ του διεναντι[ασ μ]ερουσ γενομ[ε]νη[σ] ημøøøøøησγινøøøøø-*
σχο[λ]αζου[ση]σ θειασ [υ]μων κα[ι] α
14) *ιδικησ χ[αρι]τοσ περ[ι] τουτου φοιτω[τ]ησ πρ[ο]σ τον μεγαλοπ[ρεπ]ε[στατ]ον*
και περι λεπτον κομιτα και δουκα
ασ ου
15) *τουθηδυσκολιμιτου και τουτου τυχωντØØ συνηθ[ειασ] ØχØØØØιØØØØτω*
δ
κρ υ
ιχ ο
θεω αμεργον αιωνι[ον α]μαøøøøøø
16) *δια παντοσ*

---

1) εχεν . . . . . ϱγ. ς . . .

2) *Τοῖς γῆ[ς] καὶ θαλ[άσ]σης καὶ παντὸς [ἀν]θρώπων ἐθ[νους] καὶ γένους [δ]εσπόταις φφ . . . Θεοδοσίῳ καὶ Βαλεντινι[ά]νῳ τοῖς . . υποις . .*

3) *δέησις καὶ ἱκεσία παρ[ὰ] Ἀππίωνος ἐπισκόπο[υ] λεγέονος Συή[νη]ς καὶ Κεν[τρα . . . .]ης καὶ Ἐλεφαντίνης, ἐπαρχίας γῆς [ὑ]μετέ[ρα]ς . . . . Θ[η]β[α]ίδος.*

4) *Εἴωθεν ἡ υμετέρα φ[ιλ]ανθρωπία πᾶσειν τοῖς δεομένοις χεῖρα δεξιὰν ὀρέγε[ι]ν, [ὅ]θεν κ[ἀ]γὼ [το]ῦτο σαφῶς μεμαθηκὼς ἐπὶ τάςδε τὰς . . . . .*

5) *ἐλή[λυ]θα [τ]οῦ πράγμα[τος] . . . . γοις ἐ[ν] μέσῳ τῶν ἀλιτη[ρί]ων βαρβά[ρων] . . . α τῶν ἐμῶν ἐκκλησιῶν τυγχάνων τῶν Τειλ[ε]τίνω . . .*

6) *μετα[ξ]ὺ καὶ Ἀνν[ο]υβάδω[ν] . . . . . . ς παρ' ἐκεί[νων] . . . . . α φο . . . . . . [τ]αδρο[μ] . . . . . μένομεν, οὐδενὸς στρατιώτου προει . . . . νου τῶ[ν]*

7) *ἡμε[τ]έρων τόπων, ἐκ τούτου μ . . . . ε μεταπιπ[το]μέν[ων ἐ]κκλ[ησιῶν] κ[α]ὶ μη δ[υναμ]ένων μήτε τοσαύταις προςφεύγουσειν ἐπαμύνειν,*

8) *προςπίπτω προκυλινδούμεν[ος] τῶν Θείων υμῶν καὶ ἀχρά . . . . ς καταξιῶσαι θεσπίσαι φρου[ρεῖον] μέγα . . . .*

9) *ἁγίας ἐκκλησίας ὑπὸ τῶν παρ' ἡμεῖν στρατιω[τ]ῶν κα[ὶ ἐ]πιθέσθ[αι] . . . . υσει . . . . σμ . . . ειν περὶ πάντων, καθὼς οἱ ἐν Φίλω οὕτω*

10) *καλούμενο. φρουρίῳ γῆς ὑμετέρας α . . . θης. α . . . . ω . . . . στρ . . . . ὑπουργοῦσιν ταῖς ἐν Φίλῳ ἁγίαις τοῦ θε[οῦ]*

11) *ἐκκλησίαις οὕτω γὰρ δυνησ . . . . ς . . . δευ . . . . ε . . . . καὶ μετειέναι νομοθοσίας . . . . . .*

12) *βαρὺ γα. ης ὁρι[ζ]ομένης κατὰ τ[ῶ]ν πα[ρ]αδο . . . . χ . . . . ων . . . . [εἰ]δὼς π[α]ρ' υμῶν θεσπ[ι]σθ . . . . . [ἁ]πάσης*

13) *συναρπαγῆς τοῦ δι' ἐναντείας [μ]έρους γενομ[έ]νη[ς] ημετε . . . . σχολαζούσ . . θεί[α]ς ὑμῶν . . . .*

14) *ἰδικῆς χ[ά]ριτος περ[ὶ] τούτου φοιτω[τ]ὴς πρὸς τὸν μεγαλοπ[ρεπ]έ[στατ]ον καὶ περίβλ[επτ]ον [κ]όμιτ[α] καὶ δοῦκα*

15) *τουθ' ηδυ . . ολιμίτου καὶ τούτου τυχῶν τ . . συνηθεί[α]ς . . . χ . . . . τῷ θείῳ ἄμεργον αἰῶνι . . . κ . . με . . . . . .*

16) *διὰ πάντος*

CONSPECTUS FORMARUM LITERARUM QUIBUS SCRIPTOR LIBELLI USUS EST.

α — αι

β

γ

δ

ε

ζ

η

ϑ

ι

κ — κλ — κο

λ

μ μι
ν
ξ
ο
π πι ; πο
ρ
σ στ
τ τι ; το
υ
φ
χ
ψ
ω

Ex hoc conspectu patet formas literarum *γ* et *τ*; *ν* et *π*, *β* quoque et *δ* saepius inter se similes redditas esse, ut non nisi difficillime distinguantur, significatio plerumque ex vocum orthographia, earumve sensu certius aliquantum cognosci possit.

ι interdum linea recta breviori exprimitur, interdum tamen quoque sursum valde praelongata et in laquei formam ornata, sive deorsum producta et sinistrorsum curvata.

λ plerumque ad pedem literae praecedentis adnectitur; ita ut infra lineam locum occupet; interdum quoque in ipsa linea inter reliquas literas scribitur.

π in paucis locis formam cursivam solitam adipiscitur.

ϱ hic illic linea valde deorsum producta et sinistrorsum curvata effertur.

σ interdum extensiorem sed angustam formam induit.

Literarum copulationum exempla vide: *αι* in *α*; *κλ* et *κο* in *κ*; *μι* in *μ*; *πι*, *πο* in *π*; *στ* in *σ*; *τι* et *το* in *τ*.

VERSIO.

1) ....?

2) Terrae et maris et omnis hominum nationis et generis dominis...... Theodosio et Valentiniano.......

3) precatio et supplicatio Appionis, episcopi legionis Syenae et Contra-Syenae et Elephantinae, provinciae terrae vestrae.... Thebaïdis.

4) Consuevit vestra humanitas omnibus indigentibus manum dexteram porrigere, quamobrem et ego hoc manifeste edoctus ad has precationes

5) veni negotii...in...... sum in medio sceleratorum barbarorum una cum meis ecclesiis versans, Teiletinos

6) inter et Annubades....... ab illis.......... incursiones passi sumus, nullo milite

7) nostra loca........., quum dilabantur ecclesiae et non possint neque tot confugientibus succurrere,

8) supplex accido provolutus (ad pedes) divinitatum vestrarum et impolutarum........ designari sancire praesidium magnum.....

9) sanctae ecclesiae per nostros milites et....................... de omnibus veluti in Philoe sic

10) vocato praesidio terrae vestrae.... Thebaïdos................ succurrentibus in Philoe sanctis dei

11) ecclesiis. Ita enim.......................... legislationes.........

12) grave enim.......................... a vobis constitutum universae

13) rapinae oppositae partis factae............................ cessante divina vestra et

14) peculiari gratia, de hoc ventitans ad magnificentissimum et illustrissimum comitem et ducem,

15) .... et hujus assequens familiaritatem............... ....deo.............. opus aeternum........

16) per omne (aevum)

ADNOTATIO.

Vs. 1. εχεν . . . . . ϱγ. ϛ . . . Exordium libelli supplicis fortasse, aut voti formula solemnis in ejusmodi instrumentis constituta.

Vs. 2. *Θεοδοσίῳ καὶ Βαλεντινι[ά]νῳ*, litera ι in fine horum nominum in Papyro non addita; alterius nominis primam literam Kiehlius ℱ, transcripsit, sed ex comparatione vocis *βαϱβά[ϱων]*, vs. 5, apparet *B* esse legendum, qua litera Romanorum V Graece exprimitur. Theodosius I, cognomine Magnus, a Gratiano imperii socius coöptatus anno 379, post hujus mortem ipse Valentinianum II, Galliae uxoris fratrem, Valentiniani I et Justinae filium in societatem imperii adsumsit; Valentiano II° Occidentis imperium tribuit, ipse Orientis sibi retinuit, et anno 391 Byzantium, ex Occidente, ubi per quatuor annos manserat, rediit. Anno sequenti Valentiniano Arbogasti Francorum regis jussu occiso, Theodosius per tres annos universum imperium tenuit, et anno 395 Mediolani obiit. Libellus supplex in Papyro scriptus itaque reflerendus ad annos 391 aut 392, quibus duo imperatores simul imperium tenuerunt.

Vs. 3. *π[αϱ]ὰ 'Αππίωνος ἐπισκόπο[υ] λεγέονος.* Dubium an legendum sit *'Αννίωνος*; literae *ν* et *π* in MS[to] distingui vix possunt. Kiehlius legit *'Αννίωνος. 'Αννίων*, vel *'Ανίων* viri nomen, quod sciam, aliunde non cognitum. *'Απίων* nomen grammatici Alexandrini qui historiam Aegypti quinque libris scripsit. Nomen videtur ab Apide tauro derivatum, veluti *Σεϱαπίων* à Serapide; non vero ad Romanorum Appium referendum. Melius itaque *'Απίωνος* hic legendum videtur. Anionis, aut Apionis episcopi nomen apud Lequien in *Oriente Christiano* non invenitur; sed quaeri possit utrum *'Απφύ*, Apphy, Oxyrinchi episcopus, apud Lequien T. II. p. 579 memoratus, sub Apionis nomine lateat, unde orthographia *'Αππίων* cum diplici *π* quedammodo commendaretur.

Apion episcopum se dicit legionis Syenae, Kentra-(Contra)-Syenae et Elephantinae, (eparchias) Thebaïdos. In Papyro legitur *λεγέονος*, sed corrigendum *λεγεῶνος.* Lacunas urbium Syenae et Centra-Syenae (corrigendum *Κόντϱα-Συήνης*) et insulae Elephantinae, ut et nominis *Θη-*

βαΐδος, ex literarum ductibus qui supersunt satis certo implere aut restituere possumus. Idem dicendum quoque de iis quae sequuntur; ἐπαρχίας γῆς [ὑ]μετέ[ρα]ς, eparchiae nomine Thebaïs tantummodo intelligi potest, unde conjecerim ἐπαρχίας γῆς ὑμετέρας τῆς Θηβαΐδος. Thebaïs nomos decem Aegypti superioris complectebatur et sese extendebat ad Aethiopiae fines. Provincia in duas partes divisa per Nilum, quarum altera nomos continebat ab occasu fluminis, altera pars nomos ab ortu sitos. Urbes, vici, pagi vel κῶμαι in utraque ripa ex opposito sita, saepe eodem nomine, sed addita voce „Contra" designantur. Sic in dextera ripa: Coptos, Thmuï, Ombos, Syene, quibus oppositae in sinistra ripa Contra-Coptos, Contra-Thmuï, Contra-Ombos, Contra-Syene. In sinistra: Latopolis, Apollinopolis, Thaphae, Talmae, Pselcae, quibus oppositae in dextera ripa: Contra-Latopolis, Contra-Apollinopolis, Contra-Thaphae, Contra-Talmae et Contra-Pselcae.

Secundum *Notitiam Dignitatum* Or. XXXI : 35 (Ed Seeck) Syenae milites miliarenses [1]) praesidium agitabant. Strabonis tempore cohortes tres (σπεῖραι) Romanorum Syenae collocatae erant. In *Notit. Dignitt.* Or. XXXI. 65, „cohors quinta Suentium (quinta) Syenae" memoratur, ubi pro „Suentium" Böcking „Suenensium" corrigit; Seeck alterum „quinta" uncis inclusit, utpote errore ex praecedenti eadem voce repetitum. Sed quum supra jam, XXXI. 35, praesidium Syenae indicatum erat, quaerendum, an non hic melius legatur: „cohors quinta Suenensium Contra-Syenae", et intelligatur de praesidio urbis Contra-Syenae, ex militibus Syenae collocatis in oppositam ripae partem transmisso. In Elephantina insula supra Syenem, versus sinistram Nili ripam sita, cohors prima felix Theodosiana in praesidio erat. Theodosii sub imperio hanc rerum conditionem obtinuisse ex eo efficere possumus, quod ipsa *Notitia Dignitatum* ejusdem imperatoris aetati tribuenda videtur; Or. XXVIII enim 20 (pag. 59) „ala Theodosiana NUPER constituta" memoratur.

Si, quo tempore Apion episcopus libellum scripsit, Syenae milites miliarenses praesidium agitabant, Contra-Syenae milites ex praesidio Syenae transmissi degebant et in Elephantina insula cohors prima Theodosiana posita erat, mirum quodammodo videri possit, quod Apion de militum numero, minore quam par esset et non sufficiente queratur, quo barbarorum incursiones reprimantur, et ecclesiae ab injuriis defendantur. Magis quoque mirum sermonem hic esse de legione trium illorum locorum, λεγέονος Συήνης κ. τ. λ., nisi generali hoc nomine legionis, trium

[1]) Ita dicti quoniam a prima legionis cohorte, quae mille centum et quinque peditibus constabat, contrahebantur.

illorum locorum diversas militum praesidiariorum copias comprehendi statuamus. Sed difficilius explicari possit qua ratione Apion se legionis episcopum nominaverit. Episcopi Christianis ecclesiis etiam in minoribus urbibus aliisque locis praepositi, sed exercitus vel certarum exercitus copiarum, partiumve episcopi, quod sciam, nullibi memorantur. Apud Eusebium *Hist. Constant*, L. IV. 56, Socratem *Hist. eccles.* I. 18 et Sozomenum *Hist. eccles.* I. 8, legimus de tentoriis, sive tabernaculis, *σκηναῖς*, quae usui cultus divini legionum, sub Constantino et sequentibus imperatoribus inserviebant. Apud Sozomenum memorantur *ἱερεῖς καὶ διάκονοι τῇ σκηνῇ προσεδρεύοντες, οἱ κατὰ τὸν νόμον τῆς ἐκκλησίας τὴν περὶ ταῦτα τάξιν ἐπλήρουν.* Singula hujusmodi tabernacula habebant suos *ἱερέας καὶ, διακόνους ἀπονενεμημένους*, sacerdotes et diaconos; sed *ἱερέων* nomine episcopos quoque designari non facile quis admittat. Si Apion antea episcopi munere functus fuerit et postea sacerdotium apud milites praesidiarios inierit, legionis episcopi titulum sibi vindicare tamen non potuit. An fortasse statuendum Apionem Syenensis, Contra-Syenensis aut Elephantinensis ecclesiarum episcopum fuisse, et ejusdem muneris dignitate et officiis, ad copias in iis locis collocatas extensis, episcopi titulo usum? Apud Bollandum ad diem Januarii ex vita Euthymii, a Cyrillo monacho Palaestinense scripta, memoratur Petrus *ἐπίσκοπος τῶν παρεμβολῶν*, qui concilio Ephesi habito adfuit. Qui *παρεμβολῶν* vocabulo castrorum, praesidii, exercitus significationem tribuat, Petri episcopi titulum ab eo Apionis haud ita multum diversum putaverit; sed *Παρεμβολή* (*Παρεμβολαί*) dicitur mansio et statio militaris Thebaïdis supra insulam Elephantinem in sinistra Nili ripa sita, et cujus ecclesiae Petrus ille episcopi munere praepositus erat.

Ceterum de vera textus papyri lectione *λεγέονος*, nullum dubium, et munus episcopi legionis ex papyro nostro inter reliquas in ecclesia, saltem ejus aevi dignitates admittere debemus.

Vs. 4. *ἐπὶ τάςδε τά[ς δ]εήσεις*, *preces*, *supplicationes;* ita ex probabili conjectura potius quam ex literarum ductibus qui supererant, Kiehlius legisse videtur.

Vs. 5. *ἐλήλ[υ]θα* cet. Lectio valde incerta; quid [*ἐρυ*]*γοις* huc faciat non video, et dubito an recte legerit Kiehlius. Ceterum sensus esse videtur: *ἐπὶ τάςδε τὰς δεήσεις ἐλήλυθα τοῦ πράγματος ..... εἰμ' ἐν μέσῳ τῶν ἀλιτηρίων βαρβάρων μετὰ τῶν ἐμῶν ἐκκλησιῶν τυγχάνων; ad has preces veni ..... in medio sceleratorum barbarorum cum meis ecclesiis versatus.* Ecclesiae verosimiliter intelliguntur quae Syenae, Contra-Syenae et in Elephantina insula conditae erant, et miseris illis temporibus, propriis episcopis carentes, Apionis, legionis episcopi interventum invocaverant.

Vss. 5, 6. *Τειλ[ε]ντίνω[ν]* —? *'Ανν[ο]υβάδων*. Gentes barbarae in finibus Aegypti, aliunde, quod sciam non cognitae. Sed vereor an revera ita nomina legantur. Prius, *Τειλεντίνων* aut *Τειλετίνων* (*Τειδεντίνων*?) fortasse ad *Τάλμιν*, oppidum in sinistra Nili ripa referri possit; Olympiodorus, apud Photium *Biblioth.* Cod. LXXX p. 212, memorat *φυλάρχους καὶ προφήτας τῶν κατὰ τὴν Τάλμιν βαρβάρων.*

'Αννυβάδων (Kiehlius iterum scripsit *Ανν.υβάδων*) nomine, cujus lectio satis certa, aut *Νουβῶν*, aut *Νουβαίων* gens quaedam indicari potuit.

Vs. 6. *παρ' ἐκεί[νων]*, cett. Ex Kiehlii transcriptione sententia ita fere restitui possit: *πολλάκις παρ' ἐκείνων .... καταδρομὰς*, (sic enim legendum, non vero [*καὶ*] *ἀδρο[μὰς]*) *ὑπεμένομεν*, *multas ab illis* (barbaris gentibus) *incursiones passi sumus*, *nullo milite προειστα μένου* (l. *προεσταμένου*), *defendente loca nostra.*

Vs. 7. *ἐκ τούτου.* cett. *ex quo*, *quapropter*, *ecclesiae quum dilabentur neque possint tot confugientibus succurrere.*

Vs. 9. *τῶν παρ' ἡμεῖν* [l. *ἡμῖν*] *στρατιωτῶν*. Petit Apion ut imperatores decernant praesidium magnum, quale in Philis insula constitutum ex militibus nostris (id est ex legione in qua Apion episcopi munere fungebatur) delectum. In Philis eo fere tempore legio prima Maximiana praesidium agitabat. *Notit. Dignitatt.* Or. XXXI. 37. *'Εν Φίλω[ι]*. Kiehlius legit *Φιλώηι*, lacuna post *ω* suppleta; sed in versu sequenti *ἐν Φίλῳ* manifeste legitur. Philae insula cum oppido ejusdem nominis, supra catarracten versus Libycam Nili ripam sita, ab Aegyptiis et Aethiopibus simul habitata, et Osiridis, Isidisque cultu inprimis celebrata. Nomen insulae apud scriptores Graecos *Φίλαι*, in cujus locum Apionis tempore *Φίλος*, *Φιλώη* aut simile quid in usu fuisse videtur; nisi calami errore *ἐν Φίλῳ* et *ἐν Φιλώῃ* pro *ἐν Φίλαις*, *ἐν Φίλῃ* scriptum; aut ad *Μερόης* insulae et urbis Aethiopiae normam, *Φιλώη* aut *Φιλόη* episcopus scripserit.

Vs. 8. *ἀχρά .....* Kiehlius *αχραπτων* legit, sed quinta litera est *ν*, ideo *ἀχράντων* supplendum censeo.

Vss. 10, 11. *ταῖς ἐν Φίλῳ* (*Φίλαις*) *ἁγίαις τοῦ θε[οῦ] ἐκκλησίαις*. Philarum urbis ecclesiae episcopus memoratur apud Lequien *Oriens Christian.* II. 613.

Vs. 11. *νομοθοσίας*. Ita in textu scribi videtur, nullo idoneo sensu. Kiehlius legit aut conjecit *νομοθεσίας*, quod *legislationis*, *jurisdictionis*, *legis*, significationes habet.

Vs. 12, 13. [*ἁ*]*πάσης συναρπαγῆς τοῦ δι' ἐναντείας* [*μ*]*έρους γενομ*[*έ*]*νη*[*ς*]. Videtur agi de rapina in opposita ripa facta; *τοῦ δι' ἐναντίας μέρους* idem quod *ἐξ ἐναντίας* vel *ἐξεναντίας.*

Vs. 14. *φοιτω[τ]ής*, ita, alterius literae *τ* lacuna restituta, scribitur, quod for-

tasse *φοιτήτης* corrigendum. An forte ad *ἰδικῆς χ[ά]ριτος* referatur et legendum *φοιτώσης*? ut sit, *gratia peculiari ventitante*, frequenter adeunte ad comitem.

πρὸς τὸν μεγαλοπ[ρεπ]έ[στατ]ον καὶ περίβλ[επτ]ον [κ]όμιτ[α] καὶ δοῦκα. Comites in Aegypto hoc tempore diversi constituti. In *Not. Dignitt.* memorantur: comes rei militaris Aegypti, vel per Aegyptum, Or. I. 35; limitis Aegypti, Or. XXVIII. 1, 13; comes et rationalis summarum Aegypti, Or. XIII. 12; commerciorum per Orientem et Aegyptum, XIII. 7. Comiti militaris cura inprimis mandata provinciae fines ab imcursionibus hostium tuendi et quietem tranquillitatemque incolarum servandi. Comiti limitis (Or. XXVIII. 13) prius horum munerum potius incubuisse videtur.

Duces in Aegypto duo, alter Libyarum, alter Thebaïdis, Or. I. 40, 41; XXXI. Comitis officium limites contra hostes tuendi, ducibus quoque impositum fuisse discimus ex *Not. Dignn.* Or. I. 39 et V. 135, ubi duces limitis Tripolitani memorantur. Interdum quoque in imperio Orientis per suas provincias copiis praeerant. Or. XXXI memorantur copiae quae sub ducis Thebaïdos imperio dispositae erant. Ceterum comitis dignitas major erat quam ducis, sed hi interdum comitis munere honorabantur, quod textus nostri tempore quoque obtinuisse testis est ipse Apion, qui se ad comitem et ducem Thebaïdis saepe ventitasse et de injuriis quibus ecclesiae afficiebantur, questum fuisse ait.

μεγαλοπ[ρεπ]έ[στατ]ον καὶ περίβλ[επτ]ον, magnificentissimum et spectabilem. Kiehlius literam *β* hic iterum litera / reddidit. Secundum *Notit. Dignn.* quinque dignitatum gradus magistratibus tributi, qui: illustres, spectabiles, clarissimi, perfectissimi, egregii appellabantur. comites vulgo spectabiles (*περίβλεπτοι*); sic comes limitis, (Or. XXVIII. 1); comes rei militaris Aegypti (Or. I. 35. XXVIII. 13). Sed illustres quoque: Comes rerum privatarum (Or. I. 35; XIV. 1, 2, 8, 15); sacrarum largitionum (Or. I. 12; XIII. 4, 21, 35); domesticorum equitum et peditum (Or. XV. 5; I. 15, 16). Duces quoque eodem spectabilitatis titulo gaudent (Or. XXXI—XLII). Apud Memnonem episcopum in *Epist. ad Clerum Constantinopol.* comites, ut in Papyro nostro *μεγαλοπρεπέστατοι* audiunt.

Vs 15. ***τουθηδυ . . ολιμιτου.*** Kiehlius legit *τουθηδυσκολιμιτου*. Priores sex literae satis certae mihi videntur, septima an *υ* sit dubium, sed sequens litera *ς* esse non possit; *ι* potius agnoverim. Attamen quo modo ex *τουθηδυι* sensus idoneus eliciatur non video. In *ολιμιτου* latet fortasse genitivus vocis Graeco-barbarae *λιμίτης* aut *λιμητόν*, sive *λιμιτόν*. Cf. „comes limitis". *Not. Dignn.* Or. XXVIII. 1.

TEXTUUM PAPYRORUM CONSPECTUS

(Primus numerus textus paginam, reliqui versus vel lineas significant).

PAPYRUS V. Vid. pp. 7, 8.

PAPYRUS W.

PAPYRUS X.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pap. V.

Pag. 6, linea ultima, accentu gravi *lege* accentu acuto.

Col. 3 vs. 7. *Σαλαμαγωθυ* *l.* *Σαλαμαγωυθ.*

» 3 » 14. in versione Latina: animos *l.* ventos.

» 3 » 29. in versione Latina: AO, IA, *l.* AO, AO; IA.

» 5 » 35. Πλουτοδαιμων [14]) *l.* Πλουτοδαιμων [15]).

» 6 » 19, 20. *ἀποσείρωσας* *l.* *ἀποσειρώσας.*

» 7 » 5. *ἀγμόν* *l.* *ἀγμόν*; sed fortasse corrigendum *ἀγμήν*, focum.

» 7 » 11. *υπερεχόντων — υποτεταγμένων υψῶται* *l.* *ὑπερεχόντων — ὑποτεταγμένων ὑψῶται.*

» 7 » 15. *υμᾶς* *l.* *ὑμᾶς.*

» 7 » 16. *βαϊς* *l.* *βάϊς.*

» 8 Pag. 27. in nota marginali [24]) *ὕμνησται* *l.* *ὕμνηται.*

» 9 » 26. *τελειαν* *l.* *τελείαν.*

» 12 » 14. *'Αρτεμισιαν ἐπιγραφε* *l.* *'Αρτεμισίαν ἐπίγραφε.*

Pag. 47 lin. 26. *Col.* 13 *vs.* 13 *l.* *Col.* 12 *vs.* 12.

» 70 » 18. vs. 11 *l.* vs. 1, 2.

» 71 » 22. Pab *l.* Pap.

» 75 » 33. quator *l.* quatuor.

Pap. W.

Col. 1. in nota marginali [10]) *ἐξωσθήσονται* *l.* *ἐξωθήσονται.*

» 2 vs. 10. *ἡμερησιοὺς* *l.* *ἡμερησίους.*

» 2 » 20. *γάς* *l.* *γάρ.*

» 2 » 40. *Λβρασαξου* *l.* *Αβρασαξου.*

» 4 » 1. *ἔοτησε* *l.* *ἔστησε.*

» 5 » 27. *δράμοντα* *l.* *δράκοντα.*

» 6 » 19. *Υποτάξω* *l.* *'Υποτάξω.*

» 6 » 31. *αὐτσῦ* *l.* *αὐτοῦ.*

» 7 » 44. in nota marginali [52]) pro *νὴ μαραινόμενον* *l.* *μὴ μαραινόμενον.*

» 8 » 31. *βιβλόν* *l.* *βίβλον.*

» 13 » 40. *Εχιλατουρβου* *l.* *Σχιλατουρβου.*

C. 16 vs. 10. *ὑπερηφάνησεν.* Si papyri lectionem retineamus, aor. 1 act. a *ὑπερηφάνεῖν*, vertendum erit: quoniam non centemsit, non despexit te; sin *ὑπερηφάνισεν* praeferamus a *ὑπεραφανίζειν*, verti possit: quoniam te non ab aspectu removit, non perdidit, non interfecit; *ὑπέρ* intendit significationem. Sed *ἀφανίζειν* etiam *abeundi*, *e conspectu discedendi* significationem habet.

» 18 » 1. *ἐγὼ σύ* *l.* *ἐγώ συ.*

» 19 » 11. *ἀπεξας* *l.* *ἀπέξας*, sed vide adnot. ad hunc locum, pag. 193.

» 21 » 5. *Διόνοσε* *l.* *Διόνυσε.*

» 23 » 21. *Υγραβαωα* *l.* *Υγραβαωα.*

» 24 » 9. in versione Latina post ουό adde οόΝ.

» 24 » 20. *ἕνος* *l.* *ἑνός.*

» 24 » 30. *χρειαι* *l.* *χρείαι.*

Pag. 188 lin. 5 pro *Pag.* 11 *l.* *Pag.* 5 vs. 13.

Pap. X.

Col. 1 vs. 5. *'Αλλή* *l.* *''Αλλη.*

» 3 in nota marginali [48]) *ἐκτρογισθῇ* *l.* *ἐκτρυγισθῇ*, vide etiam adnot. pag. 252.

» 10 » 29. *ἀργύροις* *l*, *ἀργυροῖς.*

» 10 » 29. *εἴκοσι* *l.* *εἰκοῖς.*

Pag. 257 lin. 2. Asem *l.* Asemi.

» 276 adnot. ad vs. 14 addatur: In inscriptione Graeca, Bostrae in Hauran inventa memoratur *μεγαλοπρεπὴς κόμης*, *'Ησύχιος*, *κόμης πανλαμπρότατος*; Hesychius ille dux, (*ἡγεμών*) et scholasticus, qui *ἐκ θεμελίων* Hegemonicum Praetorium condidit, anno 385 Bostrae = 1 Sept. 489 aerae Christ. V. Clermont Ganneau, *Inscriptions Grecques inédites du Hauran*, in *Revue archeologique*, 3e Ser. T. IV. Nov.-Dec. 1884. p. 274.

Ceteris ignoscat benevolus lector.

Indices.

Literae V, W, X, Y et Z. papyros, prior numerus crassiori tractu redditus papyri textus columnam aut paginam, reliqui numeri versus seu lineas significant; litera p paginam voluminis, numerus qui sequitur versum seu lineam paginae indicat.

Voces Aegyptiacae typis Latinis, at paululum crassioribus transcriptae.

INDEX I.

Vocalium, verborum, nominum propriorum, barbarorum, aliorumque extraneorum, quibus vis magica tribuitur.

B.

I.

K

Λ.

M.

N.

T.

Y.

Φ.

X.

Ψ.

Ω.

INDEX II.

Verborum, nominum propriorum Graecorum, Hebraeorum, Aegyptiorum, Copticorum.

A. א. **A**. ⲁ.

Δ. D. ⲇ.

Ε. E. ⲉ.

Z. Ζ. ʒ.

Η. **ⲏ**.

Θ. **ⲑ**.

Ι. **ⲓ**.

K ק. κ.

Π. **Ⲡ. ⲡ.**

Φ. F. ϥ.

X. ϫ.

H. ϩ.

ϭ.

ϯ.

PAP. V.

1. (Col. 1 vs. 2.)

2. (Col. 1 vs. 9.)

3. (Col. 2 vs. 23.)

4. (Col. 4 vs 16.)

5. (Col. 5 vs. 5.)

6. (Col. 5 vs. 8.)

7. (Col. 5 vss. 4–12.)

8. (Col. 13 vss. 22–30.)

Hooiberg, Lith.

PAP W.

1. *(Pag. 3. vss. 28–33.)*

ΚΙΝΝΑΜΩΜΟΥ > ΠΡΟΑΓΝΕΥΣΑΣ ΟΥΝ ΩΣ ΠΡΟ
ΕΙΠΟΝ ΠΡΟ ΕΠΤΑ ΗΜΕΡΩΝ ΛΕΙΠΟΥΣΗΣ ΚΑΤΑ
ΤΗΝ ΣΥΝΟΔΟΝ ΧΑΜΟΚΟΙΤΩΝ ΕΠΙ ΨΙΑΘΟΥ ΘΡΥΝΗΣ
ΚΑΤΑ ΠΡΩΙΑΝ ΙΣΤΑΜΕΝΟΣ ΤΟΝ ΗΛΙΟΝ ΚΑΙ ΧΑΙΡΕΤΙΖΕ ΟΝ
ΕΠΙ ΕΠΤΑ ΗΜΕΡΑΣ ΚΑΘ ΗΜΕΡΑΝ ΛΕΓΩΝ ΤΟΥΣ ΩΡΟΓΕΝΕΙΣ
ΘΕΟΥΣ ΠΡΟΤΟΝ [illegible] ΤΟΥΣ ΕΒΔΟΜΑΤΙΚΟΥΣ ΤΕΤΑΓΜΕΝΟΣ

2. *(Pag. 4. vss. 1–5.)*

πρ πρωτον εφανη φως και αυγη [illegible]
παντα εγενετο [illegible] ουτως [illegible]
εχετο αντι [illegible]

ΓΑΛΑ ΜΕΛΑΙΝΗΣ ΒΟΟΣ ΚΟΙΝΟΝ [illegible] ΕΣΤΙΝ ΠΑΡ ΑΡΧΗ
ΚΑΙ ΤΕΛΟΣ ΓΡΑΨΑΣ ΟΥΝ ΕΙΣ ΤΑ ΔΥΟ [illegible] ΜΕΡΗ ΤΟΥ ΝΙΤΡΟΥ

3. *(Pag. 6. vss. 1–4.)*

ΤΗΣ ΘΕΟΣ [illegible] ΑΝΕΥΡΕΤΟΝ ΠΟΗΣΩΝ ΤΗΝ ΒΙΒΛΟΝ

ΓΝΩΘΙ ΤΕΚΝΟΝ ΤΙΝΟΣ ΗΜΕΡΑΙΣ ΤΟ ΕΛΛΗΝΙΚΟΝ ΚΕ ΕΛΘΩΝ ΕΙΣ Τ[illegible]
ΕΠΤΑΖΩΝΟΝ ΜΕΤΡΕΙ ΑΠΟ ΚΑΤΩΘΕΝ ΚΑΙ ΕΥΡΗΣΕΙΣ > ΕΝ ΤΑ ΡΗ ΗΜΕΡΑ
[illegible] ΕΙΣ ΤΟ ΕΛΛΗΝΙΚΟΝ [illegible] ΟΥΤΩΣ ΚΑΙ ΟΙ ΥΣΤΕΡΟΙ ΟΙΟΝ

4. *(Pag. 9. vss. 45–52.)*

ΘΕΩΝ ΑΥΘΕΝΤΙΚΑΙΣ ΝΕΟΜΗΝΙΑΙΣ ΚΑΤΑ ΤΡΟΠΗΝ ΠΡΟΣ
ΘΕΣΙΝ [illegible] ΩΜΑΤΙ Ο ΚΑΛΟΥΣΙ ΩΡΟΥ
ΓΕΝΝΑΝ [illegible] ΤΗΣ [illegible] ΘΕΟΣ ΕΠΙ ΤΟΝ ΗΝ ΚΑΤΑ
ΠΡΟΣΘΕΣΙΝ ΤΟΥ [illegible] ΚΑΙ ΑΦΑΙΡΕΣΙΝ ΤΟΝ ΠΟΠ ΠΥΣ
ΚΑΙ ΤΟΝ ΤΗΣ ΜΕΡΑΣ [illegible] ΕΠΑΝΑΓΚΑΙ ΑΥΤΩΝ
ΤΕΣΣΑΡΩΝ
ΤΗΝ ΤΡΟΠΗΝ [illegible] ΠΡΩΤΟΝ ΤΗΝ ΚΑΛΟΥΜΕΝΗΝ
[illegible] ΠΡΟΘΕΣΙΝ

5. *(Pag. 21. vss. 22–30.)*

ΤΗΣ ΠΑΡΑΣΤΙΧΙΔΟΣ ΤΗΣ [illegible] ΟΙΣ ΠΑΗ ΙΑΩ
ΟΥΕΑ ΣΕΜΕΣΙΛΑΜ ΑΗΟΙ ΥΙΟΣ ΧΩΛΟΥΕ
ΑΡΑΡΑΧΑΡΑ ΡΑΗ ΦΘΑΙ [illegible] ΡΕ ΩΗΕΥ
ΜΗ ΩΙΩΙ ΕΑΗ ΕΑΗ ΩΕΑ ΒΟΡΚΑ ~~ΒΟΡΚΑΦΡΙΞ~~
ΒΟΡΚΑΦΡΙΞ ΡΙΞ ΩΡΖΑ ΖΙΧ ΜΑΡΘΑΘ ΟΥΑΗΝ
ΗΑΙΑΛΑ [illegible] ΜΑΙ ΑΧΩΟΥ [illegible] ΩΩΩΩΩΩΩΩ
ΜΟΥΑΜΕΧ ΥΠΟ ΠΕΡΙΒΟΛΕ ΑΗΩ ΩΗΑ ΗΩΑ
ΠΝΕΥΣΟΝ ΕΞΩ ΕΣΩ ΔΙΑΠΛΗΡΩΣΟΝ ΕΙΣ [illegible]
[illegible] ΕΣΩ ΠΡΟΣΒΑΛΟΜΕΝΟΣ ΜΥΚΗΣ [illegible]

Hooiberg, Lith.

PAP. X.

1. *(Pag. 1. vss. 1–6.)*

ΜΟΛΙΒΟΥΚΑΘΑΡCΙCΚΑΙCΚΛΗΡΩCΙC
ΧΩΝΕΥCΑCΑΥΤΟΝCΤΥΠΤΗΡΙΑΝCΧΙCΤΗΝΚΑΙ
ΧΑΛΑΚΑΝΘΟΝΛΕΙΑΠΟΙCΑCΚΑΙΕΝΩCΑCΕΠΙΠΑCCΕ
ΚΑΙΕCΤΑΙCΚΛΗΡΟC
ΑΛΛΗ ΚΑCCΙΤΕΡΟΥ
ΜΟΛΙΒΟΝΚΑΙΚΑCΙΤΕΡΟΝΛΕΥΚΕΝ ΚΑΙΕΚΑΘΕΡΙ

2. *(Pag. 5. vss. 5–9.)*

ΠΑCΑΝΤΙCΑΡΓΥΡΟΝ ΚΑΘΑΡΙΕΝ ΚΑΙΛΑΜΠΡΥΝΕΙΝΑΙ
ΛΑΒΩΝ ΤΟΥΑΡΓΥΡΟΥΚΑΙΤΟΙCΟΝ ΜΟΛΙΒΟΥ ΧΑΛΑ
CΑCΕΙCΚΑΜΕΙΝΟΝ ΤΗΚΕ ΑΧΡΙ ΑΝ Ο ΜΟΛΙΒΟC ΑΝΑΛΩΘΗ
ΚΑΙΤΟΥΤΟ ΠΟΛΛΑΚΙC ΠΟΙΕΙ ΑΧΡΙ ΑΡΓΥΡΟΥ ΧΡΩC ΠΡΟCΓΕΝΗΤΑΙ
ΤΑΧΑΛΚΑΑΡΓΥΡΑΠΟΙΗCΑΙΚΑCCΙΤΕΡΟΥ ΙΜΑΝΤΟC

3. *(Pag. 9. vss. 39–44.)*

ΧΡΥCΟΓΡΑΦΙΑ
ΧΡΥCΟΠΕΤΑΛΑ ΕΛΑCΤΑ ΜΕΤΑ ΥΔΡΑΡΓΥΡΟΥ ΤΡΙΒΕ ΕΗC
ΘΥΙΑΝ ΚΑΙΟΥΤΩC ΧΡΩ ΓΡΑΦΩΝ ΩCΜΕΛΑΝΙ
ΑΛΛΗ ΘΕΙΟΥ ΑΠΥΡΟΥ CΤΥΠΤΗΡΙΑC
CΧΙCΤΗC ΚΟΜΜΕΟC ΒΡΕΞΑC ΤΟ ΚΟΜΜΙ ΥΔΑΤΙ
ΑΛΛΗ ΘΕΙΟΥ ΑΠΥΡΟΥ CΤΙΒΕΙ ΞΗΡΟΥ ΤΟ ΒΑΡΟC

4. *(Pag. 14. vss. 13–19.)*

ΑΥΤΟΠΟΡΦΥΡΙΖΟΝ ΚΑΙΟΥΤΩC ΒΑΠΤΕ ΧΡΩΜΕΝΟC ΑΙC
ΕΧΕΙC ΒΑΦΑΙC
ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΥΛΗC
ΑΡCΕΝΙΚΟΝ ΑΡΙCΤΟΝ ΗΓΗΤΕΟΝ ΤΟ ΠΛΑΚΩΔΕC ΚΑΙ ΧΡ
ΥCΙΖΟΝ ΤΗ ΧΡΟΑ ΤΑC ΤΕ ΠΛΑΚΑC ΕΠΙΖΟΜΕΝΟΝ ΑΡ
ΕΧΟΝ ΚΑΙ ΩCΠΕΡ ΕΠΙΚΕΙΜΕΝΑC ΑΛΛΗΛΑΙC ΕΤΙ ΔΕ
ΑΛΛΟ ΓΕ ΤΕΡΑC ΦΥCΕΩC ΕCΤΙΝ ΔΕ ΑΥΤΟΥ Β ΕΙΔΗ ΤΟ

PAP. Y.

5. *(Col. 19–21.)*

6. *(Col. 26, 27.)*

Hooiberg lith.

PAP. Z.

Hooiberg, Lith.